nis vel effuſionis:⁊ ideo vtroq̄ modo fie
ri pōt baptiſm⁹ ⁊ videt̄ ꝙ apl̄i hoc modo
baptizabāt cum legat̄ ꝙ ſimul vna die cō
uerſi ſunt quinq̄ milia: ⁊ alia die tria mi/
lia. Act.ij.⁊.iij.⁊ ideo qn̄ cōſuetudo eccle
ſie patitur vel incūbit neceſſitas ꝓpter de
fectum aque vel ꝓpter periculū pueri de
cuius morte timet̄:vel ꝓpter imbecillita/
tem ſacerdotis infantē ſuſtentare nō potē
tis:pōt ſine immerſione baptiſm⁹ celebra/
ri. Scd̄o queri pōt:vtrū trina īmerſio vel
aſperſio ſit de neceſſitate ſacramenti:ꝑſer
tim cum fidei trinitas: ſicut exprimit̄ per
noīa trium ꝑſonaꝝ:ſic etiā ꝑ tres īmerſio/
nes:hinc etiā legit̄ in decretis: de conſe.
di.iiij.c.ſi q̄s ꝑſbyter aut ep̄s non trinam
īmerſionē vnius myſterij celebret:ſʒ ſemel
in baptiſmate mergat:deponatur. Ad qd̄
rn̄det ſanct⁹ Tho.vbi ſ.ꝙ congruentiſſi/
me ſit trina īmerſio:tum ad exprimendū ī
factis fidem trinitatis: tum ad figurādū
chriſti ſepulturam cui ꝑ baptiſmū ꝯſepeli
mur. Dic enī Diony.ꝙ debet fieri baptiſ/
mus tribus dimerſionib⁹ ⁊ eleuatiōib⁹ ad
ſignificandū ꝙ chriſtus iacuit in ſepulcro
tribus dieb⁹ ⁊ tribus noctib⁹: verūtamē
trina īmerſio vel aſperſio nō eſt de neceſſi
tate ſacri:vt ptʒ etiā de ꝯſe.diſ.iiij.c.de tri
na īmerſione:ſi tamē omittit̄ ꝯ ꝯſuetudi/
eccl̄ie: grauiter aliq̄s peccat ſemel ī īmer/
gens:⁊ ideo ꝑ ꝯſequens pena ꝑ canones
exhibet̄:q: romana eccleſia trinaʒ ſeruat
īmerſionem: ꝓpter ſignificationē trinita/
tis ⁊ triduane ſepulture: ac triplicis cōcu
piſcētie a q̄ aīa liberat̄:tripliciſq̄ ꝟtut̄ q̄
imago ī aīa reformat̄. Denique ſm̄ Bona/
uen.ſup.iiij.diſ.iiij. Si ī vna īmerſione ba
ptizans oīa verba ꝓfert:nō debet ampli⁹
mergere:q: baptiſma ꝯſūmatū ē:ſʒ ſi ſit tri
na immerſio: in ꝑma debet noīari pater:ī
ſcd̄a fili⁹:⁊ in tertia ſpūſanct⁹: ⁊ tunc nul
la ſupfluit:q: nō ē cōpletū ſacr̄m q̄uſq̄ ter
minatū ſit verbū. Ad laudē dei.

De effectib⁹ baptiſmi q̄ntum ad
remotionē mali:q̄ ſunt delere oēʒ
culpā et penam: Sermo XV

Q Vicūqʒ baptizati
ſum⁹ in chriſto ieſu:in morte ip̄i/
us baptizati ſumus. Roma. vj.
Alex.de hales.ſup hūc locū: dicit ꝙ apl̄s
his verbis vult ꝙ quicūq̄ baptizat̄:ad ſi
militudinē mort̄ chriſti baptizat̄:vt ſicut
chriſtus moriēs deponebat omnē vetuſta
tem pene:ita q̄libet in baptiſmo deponat
vetuſtatē culpe: q: ꝑ baptiſmū quis ꝯſepe
litur ad ſimilitudinē chriſti ī mortē pecca/
toꝝ: vt quō chriſtus reſurrexit a mortuis
ꝑ gloriā patris: ita ⁊ hmōi in nouitate vi/
te ambulare ſtudeat. Unde poſtea ſubdit
apl̄s:ꝙ vetus hō noſter.i.fomes ⁊ ꝯſuetu
do peccati:q̄ dicitur nr̄:q: ex nobis ⁊ non
ex deo ſimul crucifixus eſt cū chriſto.i.in
firmat⁹ ⁊ debilitat⁹:q: iā abundantior eſt
gr̄a vt deſtruat̄ corp⁹ peccati.i.oīa pecca/
ta q̄ ſimul ſūpta corpus vnū ſunt ⁊ vna cō
geries. Q: ſi q̄rit̄:quō vetus hō nr̄ cru/
cifixus ē ꝑ baptiſmū. Rn̄det Aug.de ba/
ptiſmo puuloꝝ:ꝙ gratia dei accepta ꝑ ba
ptiſmū id agit̄ vt euacuet̄ corp⁹ peccati:
nō vt tota ꝯcupiſcētia vel fomes repēte cō
ſumat̄:ita vt nō ſit:ſʒ vt eā deo adiuuante
ſupet q̄ nō inuanū gr̄am eius recipit: pro
tanto ꝙ dicit̄ crucifigi ꝯcupia q: non reg/
nat:nō q: oīno nō ſit. Un̄ dicit apl̄s. Qui
chriſti ſūt carnē ſuā crucifixerūt cū vitijs ⁊
ꝯcupiſcētijs:eis ſcʒ reſiſtēdo. Ad maio/
rem aūt euidētiā ſciendū:ꝙ effect⁹ baptiſ
mi ꝑncipaliter ꝯſiſtit in duob⁹ ſcʒ ī remo/
tione mali ⁊ collatione boni. Queri pōt A
igit̄ vtꝝ baptiſmi ſacr̄m digne recipiētes
oēs equaliter ei⁹ efficatiam recipiāt: ꝑſer/
tim cū baptiſm⁹ efficaciā habeat a paſſiōe
chriſti:ſed chriſt⁹ eq̄liter ſe obtulit oībus.
Ad h̄ reſpondet Bonauē.ſup.iiij.diſ.iiij.
ꝙ primus effect⁹ ip̄ius baptiſmi:eſt impſ/
ſio characteris:⁊ q̄ntum ad illum effectum
oēs equaliter recipiunt:q: non ē vn⁹ ma/
gis baptizatus q̄ʒ alius:licʒ magis ſit cō/
tritus vel diuina dilectiōe ꝑductus. Secū/
dus aūt eſt innocētie reſtitutio: ⁊ q̄ntū ad
illum non eſt maius vel minus:q: oēs eq̄/
lem ⁊ plenam recipiūt innocētiam: q̄ntum
eſt ex pte baptiſmi; ꝙ ſi quis ficte recipit
recedente tamē fictione plena innocentia
redit. Tertius deniq̄ effectus eſt infuſio

gratie: ꝛ q̃tum ad illum recipiť malus et
minus. Pro quo ſciendũ: ꝙ grã duplicẽ
habet actũ. Prim⁹ eſt delere pctm̃: ꝛ q̃tũ
ad illum actũ maiorem habet effectũ ĩ eo
q̇ plura peccata cõmiſit: ꝓpter hoc tamen
gratia eius nõ ẽ maior: q: modica gratia
delere põt omnẽ culpã. Secũdus actus ẽ
animã habilitare ad bonũ: ꝛ q̃tũ ad illũ
actum: maiorẽ habet effectum in eo q̇ ma/
gis ſe diſponit: q: licʒ chriſtus ꝓ oĩb⁹ paſ/
ſus eſt: non tñ eius paſſio equalẽ in oĩbus
efficaciã habet: et ꝙ non oẽs eq̃liter ſe ad
hoc diſponũt: ſed q̇ ꝓpinqui⁹ accedit: ma/
gis accipit: ſicut q̇ ꝓpinqui⁹ ad ignem ac/
cedit: efficacius illius calorẽ ꝛ bñficiũ re/
cipit. His igiť ꝑmiſſis ꝓſequendũ eſt pri/
mus eius ꝑncipalis effect⁹: q̄ eſt remotio
mali: de quo ꝑmo q̄ri põt: vtrũ baptiſmus
indigne ſuſcipientib⁹: delet omnẽ culpam
originalẽ ꝛ actualẽ: ꝑſertim cũ ſacramẽtũ
baptiſmi ſit remediũ ꝑfectum: eo ꝙ ẽ fun/
damentũ legis ꝑfectionis: cum igiť origi
nale peccatũ hoĩem directe et ꝑncipaliter
ĩnocentia ꝑuauerit: nõ delet ꝑfecte baptiſ
mus originale niſi reſtituẽdo ĩnocentiã: ſʒ
nõ eſt innocẽs ſimpliciter: niſi q̇ caret oĩ
culpa. Ad hoc rñdet ſanctus Tho. ĩ. iiij.
diſ. iiij. ꝙ cũ baptiſmus ſit regeneratio in
vitam ſpũalem: oĩe qđ eſt ſpũali vite con
trariũ: qđ ſcʒ cũ gratia ſtare nõ põt: qđ eſt
ſpũalis vite ꝑncipiũ: ꝑ baptiſmũ tolliť: ꝛ
ideo baptiſmus delet omnẽ originalem et
actualem culpã mortalẽ: ꝛ q̃tum eſt de ſe
venialẽ q̄ diſponit ad ꝑuationẽ grẽ q̃uis
quãq̃ venialis culpa remaneat poſt baptiſ
mũ mortali remota: ꝓpter indiſpoſitiõem
ſuſcipiẽtis baptiſmũ: nec req̄rit baptiſm⁹
ꝯtritionem quaſi cõcauſam ad deſtructio
nem peccati actualis: q̄ſi de ſe ad hoc non
ſufficeret: ſed ſolũ ad remouendũ fictionẽ
que eſt ꝯ̃ria diſpoſitio effectũ baptiſmi im
pediens: vnde glo. Ambro. ſuꝑ illud Ro/
ma. xj. ſine pnĩa ſunt dona: dicit ꝙ gratia
dei ĩ baptiſmo nõ req̄rit gemitũ: neq̃ plã/
ctum: neq̃ aliquid hmõi: ſed oĩa grat̃ cõ/
donat: ſicq̃ baptiſm⁹ dum effectũ ſuũ ꝑfe
cte ꝯſequiť: deſtruit oẽm culpã: non ſolũ
originalẽ ꝛ mortalẽ: ſed etiã venialẽ: q̄ q̃/
uis non ꝯ̃rieť grẽ ſimpliciter: ꝯ̃riatur tñ
grẽ baptiſmali: q̄ debet eẽ ꝑfecta rõne no/
uitatis vite: licʒ effect⁹ ei⁹ impediri põt ꝑ
fictionẽ recipientis: nã ſicut fictio peccati
mortalis diciť fictio ſimpliciť: ꝛ totaliter
effectũ baptiſmi impedit: q̃tũ ad remiſſio
nem culpe ꝛ collationem grẽ: ſic fictio pec
cati venialis in actu vel ꝓpoſito: diciť fi/
ctio ſʒm q̇d: ſicut veniale ẽ pctm̃ ſʒm q̇d. i.
diſpoſitio ad mortale: ꝛ ideo impedit effe/
ctum baptiſmi: nõ ſimpliciter ſʒ q̃tũ ad re/
miſſionem illius venialis: ꝛ ſic ptʒ ꝙ ꝑ ba
ptiſmũ dũmodo ꝑfecte ſuum ꝯſequiť effe
ctum: q̄s plenarie reſtituiť in priſtinã ĩno
centiã q̃tũ ad aĩam. Qꝛ ſi q̄rať rõ hui⁹:
rñdet ibidẽ Bonauẽ: ꝙ rõ cauſalis ẽ diui
na liberalitaſ: q̄ tãtã huic ſacr̃o ꝯtulit effi
caciã. Et ſi q̄ratur rõ huius: tunc aſſignat
ibidẽ Bonauẽ. triplicẽ ꝯgruitatẽ. Prima
põt eſſe ex ꝑte ei⁹ ꝯ̃ qđ: baptiſmus enĩ eſt
ꝓprie ꝯ̃ pctm̃ originale: qđ ĩter oĩa pctã
ꝑ́iorẽ in aĩa relinq̇t ſeq̃lã: cui⁹ corruptio
ẽ vlĩs ꝛ magna: ꝛ ideo ꝯgruũ fuit vt deus
magne efficacie remediũ inſtitueret in cõ/
trariũ: vt ſicut ĩ corruptiõe illi⁹ morbi ma/
nifeſtať rigor diuine iuſticie: ſic etiã in re/
medio manifeſtareť dulcedo diuine miſe
ricordie: vt non ſolũ illũ morbũ: ſed oĩa q̄
ꝯſequẽter ãnexa ſunt: hui⁹ remedij ꝟtute
deleanť: ꝛ hʼ eſt qđ diciť Roma. vj. Nõ ſi/
cut delictũ ita ꝛ donũ. Scđa ꝯgruitas eſt
rõne eius ad qđ ẽ: q: ſcʒ ẽ ad regenerãdũ.
Aũ in ſacr̃o trãſfeꝛť hõ a ptãte tenebrarũ
ĩ adoptionẽ filioꝝ dei: ꝛ maxime apliť lar/
gitas diuine man⁹ in ꝑmo reditu ad deuʒ
ꝑ baptiſmũ: ꝛ hʼ eſt qđ diciť ad Titum. iij.
Per lauacrũ regeneratiõis ꝛ renouatio/
nis ſpũſſancti: quẽ effudit in nos abũde.
Tertia cõgruitas ẽ rõne ordinis: q: cũ id
eſt ꝑmũ inter oĩa ſacr̃a ꝛ fundamentuʒ ad
alia: ideo vt ꝑfectũ ſtatuať fundamentũ:
placuit diuine miſericordie Huic ſacr̃o da
re ꝑfectaʒ efficaciã ad delendã oẽʒ culpã:
vt poſterioꝝ oblitus is q̇ baptizat⁹ ẽ: ꝛ q̄/
ſi nouus effectus: oĩno ſe ad anteriora ex/
tendat: ꝛ q: deus diſpoſuit huic ſacr̃o da/
re ꝑcipuã efficaciã: ꝙ ſcʒ virtus paſſionis
huic ſacr̃o ſpãliter adeſſet: ideo dedit illi
expꝛ̃ſſam ſignificantiã: hec enĩ ĩter cetera
magis indicat aĩam fieri ſanctã ꝛ puram.
Scđo q̄ri põt: vtꝝ baptiſm⁹ indigne ſu/ B
mentib⁹ deleat oẽm penã: ꝑſertim cũ effi/
cacius ſit donũ chriſti q̃ pctm̃ ade: vt dič
apl̃s Roma. v. Pl⁹ enĩ paſſio chriſti me/
ruit: q̃ peccatũ ade demeruit: ꝛ deus ꝓni/
or eſt ad miſerandũ: q̃ ad dãnãdũ: ſed de
us ĩ vltione peccati ade penas nobis mul
tiplices inflixit: multo ḡ forti⁹ ꝑ meritum
paſſionis chriſti nõ tñ a culpa ſed etiã ab
omni pena quã inflixit nos eripe deberet.



Ad hʼ rñdet Pe. in. iiij. diſ. v. ꝙ cũ baptiſ/
mus vt dicit Dam. ſit principiũ vite ſpũa/
lis. ſ. tam grẽ q̃ glẽ: ideo baptiſmus illud
tollit qđ a vita ſpũali retardat vel exclu/
dit. Eſt igiť triplex pena pro peccat̃ infli/
cta. Quedaʒ eſt eterna q̄ penit⁹ excludit a
vita: ꝛ ideo hanc tollit baptiſm⁹. Quedã
eſt tꝑalis aſſumpta ſiue ſatiſfactoria: quã
hõ ꝑ peccata meruit: vt ieiunia: corꝑalia ꝛ
ſpũalia exercitia ꝛ laborioſa oꝑa: ꝛ q: hec
pena tardat a vita: ideo ſĩlr̃ baptiſmus
hãc penam tollit: q: abſoluit ab oĩ pena
tꝑali ſatiſfactoria ſiue aſſumpta: cui⁹ ratio
ẽ ſʒm Tho. ibidẽ. diſ. iiij. Quia cuʒ chriſt⁹
ꝑ mortẽ ſuã ꝓ peccatis humani gener̃ ſuf
ficiẽtiſſime ſatiſfecit: etiã ſi eſſent mlto plu
ra: ꝛ q: hõ ꝑ baptiſmũ ĩ mortem chriſti ba/
ptizať ꝛ ei cõmoritur ꝛ ſepelitur: vt diciť
Roma. vj. Ideo baptiſmus q̃tuʒ in ſe eſt
totã efficaciã paſſiõis ĩ baptizatũ influit:
ꝛ ꝓpter hoc ſoluit nõ ſolũ a culpa: ſʒ etiã a
pena ſatiſfactoria: homo nãq̃ ꝑ baptiſmũ
incorporať chriſto ꝛ ei⁹ membrũ efficitur:
ideo pena quã chriſt⁹ ſuſtinuit: reputatur
iſti in ſatiſfactionẽ: q: ſi patiť vnũ mẽbrũ:
oĩa alia cõpatiunť: vt diciť. j. Cor. xv. et
ideo in chriſto illa peccata punit: ſicut di/
ciť Eſa. liij. Poſuit ĩ eo iniq̇tates oĩm no/
ſtrum. Qꝛ ſi obijcitur deus nihil inordina
tum relinquit: ḡ nec culpã dimittit qñ ali/
quã penã infligit. Ad hoc rñdet ibideʒ: ꝙ
culpã ordinat pena dupliciter. Primo vt
ſatiſfaciens: ꝛ ſic culpa remanet ordinata
ꝑ ſatiſfactioneʒ chriſti. Scđo vt medicina
ſanans membrũ inſanabile: ꝛ ſic in bapti/
zatis ordinatur culpa vt ſanata ꝑ grãʒ op
poſitã. Quedã deniq̃ eſt pena tꝑalis con
tracta: vtpote fames: ſitis: infirmitas: ꝛ ſi
miles quas homo naſcendo cõtrahit tã q̃
reliquias originalis vitij: ꝛ hmõi pene nõ
retardant nec excludunt morientes a vita
ſed magis iuuant ad illam: quia ſʒm ſtatũ
ĩ quo humana natura reꝑatur a lapſu: ma
gis quis ꝓficit per hmõi penas ꝛ tribula/
tiones alias: ita ꝙ niſi q̇ reparatur ad ĩno
centiam ꝑ hoc melior fieret aliquo modo:
nõ ꝑmitteret deus ſũme potens: ſũme bo/
nus: ſũme ſapiens talia pati: et ideo has
penas baptiſmus nõ tollit: q: nõ opponiť
effectui eius. Qꝛ ſi obijcitur: baptiſm⁹ di/
rectius ordinať contra peccatũ originale
q̃ ꝯtra actuale: ſed tollit omnẽ penã actu/
alis peccati vt dič Ambro. ergo tollet etiã
omnẽ penã originalis. Ad hoc reſpondet
hoc. ſanctus ibidẽ ꝙ in peccato origina
talis fuit ꝓceſſus: ꝙ ꝑſona corrupit natu
ram: ꝛ natura corrumpit ꝑſonaʒ: paſſio er
go chriſti ſufficienter originale peccatum
abſtulit quãtuʒ ad vtrũq̃: ſed q: ſacramẽ
ta ꝑſonis adhibenť: ideo baptiſmus hoc
ab homĩe tollit: qđ ex corruptione nature
in ꝑſonam redũdabat: ideo infectionẽ cul
pe ꝓut ꝑſonam afficit: ꝛ penaʒ que actum
ꝑſone ꝑuabat ſcʒ carentiã viſionis diuine
baptiſmus aufert: ſed nõ actu aufert infe/ B
ctionem ꝓut afficit naturaʒ: quod ptʒ ꝑ hʼ
ꝙ baptizatus ꝑ actũ nature originale trãſ
mittit in ꝓlẽ. Similiter nec penas que cõ
ſequunť principia nature deſtitute aufert
gratia innocẽtie primi ſtatus: cuiuſmodi
ſunt rebellio carnis ad ſpirituʒ: nec hmõi
penalitates aufert q̄ ſequunť ex ipo actu:
ꝙ homo ex ꝯtrarijs cõpoſitus ẽ: ꝛ q̃tũ ad
corpus ꝛ q̃tũ ad animaʒ quodãmodo ſcʒ
q̃tuʒ ad appetitũ ſenſus ꝛ intellectus: ſed
ꝑ gratiã baptiſmalẽ efficiť: ꝙ he remanen
tes nõ dñenť in ꝑſonis: ſed magis eis ſub
ijciãtur: ꝛ in vtilitatẽ ipoꝝ cedant: inq̃tũ
ſunt materia ꝟtutis ꝛ occaſio hũilitatis ꝛ
exercitij: vnde Bonauen. ibidẽ ponit tres
rões quare cõgruũ fuit ꝙ hmõi penalita
tes in nobis dñs relinqueret. Prima ẽ ad
manifeſtandũ equitateʒ diuini iudicij: vt
ſcʒ illa ſententia quã de mortalitate ade et
poſterorũ ei⁹ domin⁹ dictauerat in nobis
ꝑmaneret: vnde ꝛ ab illa nemo liber eua/
dit: quia nõ debuit domin⁹ ſententiã latã
retractare cõtra honorẽ ſuum: ſed manẽte
ſentẽtia decuit eũ remediũ miſericorditer
adhibere: vt fieret ad ſalutẽ quod erat il/
latum ad vindictã. Secũda eſt ad demon/
ſtrandũ meritũ paſſionis chriſti: q: ſi dñs
creaſſet naturã ꝛ fomitẽ: tunc filius naſce
reť ĩmunis a culpa: nec indigeret regene/
rari a chriſto in baptiſmo: ideo vt omnes
noſcant ſe paſſione ipius egere: data ẽ vir
tus ſacramẽto a paſſione: ſiue ad hoc ordi
natũ eſt vt penas remittat perſonales non
naturales: q: remediũ reſpicit ꝑſonam nõ
naturã. Qꝛ ſi obijciť cuʒ medicus bonus
ſemꝑ intẽdat curare radicẽ morbi ꝛ bonũ
remediũ ad hoc ferať: videť incõgruũ ꝙ
baptiſmus relinquit magis penã fomitis
que inclinat ad peccatũ: q̃ alias penas de
bitas ꝓ peccatis. Ad hoc ibideʒ rñdet: ꝙ
de⁹ curare potuit vtroq̃ modo: ſʒ tñ illud
qđ reſpicit ꝑſonã non naturã mag̃ curare
diſpoſuit: vt non totũ genus cureť ſimul:

ſed ꝗlibet qui vellet curari : et quilibet in
ꝓpria ꝑſona : quia magꝰ quis aſtringitur
deo vt recognoſcat beneficiū: ⁊ diuina eiꝰ
iuſticia hoc exigit tāꝙ ꝯgruū ⁊ decēs. Si
enī vnūquēqꝫ nr̄m deus curaſſet ī radice:
nō ſic grāz dei cognoſceret ꝗlibet : nec ita
gratis eſſet de bn̄ficio ꝑſtito ī alio ſicut de
ꝑſtito ī ſeipō. Tertia vero rō eſt ad ꝓmo/
uendū meritū liberi arbitriĳ: ꝓmouēt enī
hmōi penalitates ad multiplex bonuz: tū
ad cordis humiliationē. Mich. vj. Humi/
liatio tua ī medio tui: tū ad timoris incuſ/
ſionē. Job. vj. terrores dn̄i militāt ꝯ me:
tum ꝓpter ſuiĳpius cognitionē. Eſa. xxviij
Sola vexatio dabit intellectū auditui: tū
ꝓpt̄ ſtimulationē ad bonū. Mich. ij. Sur/
gite ⁊ ite: qꝛ nō habebitis hic requiē: tum
ꝓpter exemplū nō peccādi. Zach. iij. Adā
exemplū meū ab adoleſcētia mea: tū ꝓpter
exercitiū virtutū. Judic. ij. He ſunt gētes
ꝙs reliq̄t dn̄s vt erudiret nos: tū ad oſten
dendū ſignum filioꝝ dei. Hebre. xij. Si ex
diſciplinā eſtis cuiꝰ ꝑticipes facti ſūt oēs:
ergo adulteri ⁊ non filiĳ eſtis: tum deniqꝫ
ne ꝓpter hoc ad baptiſmū veniētes in eo
ꝓmiū retributiōis accipiāt. Si nāqꝫ daret̄
īmortalitas in baptiſmo: tūc plures ꝓpter
illam ꝯſequendā baptiſmū peterēt ꝙ ꝓpt̄
grām: nec fides tunc hr̄et meritum cui hu
mana ratio ꝓberet experimentū. Deniqꝫ lꝫ
ſm̄ Gregꝰ. nazāzenū. q̄ntuplex eſt ſpecies
baptiſmi. Eſt enī baptiſmꝰ figuratiuus: q̄
Moyſes baptizauit ꝓplm̄ iſrl̄: ſed in aqua
tn̄ ſcꝫ ī nube ⁊ mari. Et ꝓparatiuus q̄ Jo/
hānes baptiſta baptizauit: tn̄ ex his duo/
bus nullus nobis effectꝰ ſalutis ꝑuenit:
ſicut in tribꝰ ſequētibꝰ: q̄ in ſuis ꝑfectioni
bus plenū ſortiūt̄ effectū: de q̄bus etiā ha
bet̄ extra de ꝑſbytero non baptizato. c. ad
aplicā. in glo. Quoꝝ primꝰ ē baptiſmꝰ flu
minis vel aque: nec in aq̄ ſolū: ſed in aq̄ ⁊
ſpūſancto: de quo ꝓncipaliter oīa ſūt ꝓſe/
cuta q̄ dicta ſunt de baptiſmo: ⁊ ſufficit oī
bus tam ꝑuulis ꝙ adultis: dūmodo nō ī/
ueniat obijcere ꝯtrie volūtatꝰ. Secūdus ē
flaminis q̄ ſolū ꝓdeſſe pōt dolicapacibus
dū ſcꝫ aut putant ſe baptizatos eſſe: fideꝫ
hn̄tes ⁊ charitatē: nō ꝯtēnētes baptiſmū
flumis: aut eos excludit a baptiſmo arti/
culꝰ neceſſitatꝰ: ſecus tn̄ eſſet ſi ſcientes ſe
nō baptizatos cū poſſent baptizari ꝯtem/
nunt: hi ꝗ baptizant̄ flamine ſpūſancti:
q̄ cōtritionē ingerit ⁊ amorē: nō tn̄ de lege
cōmuni plenū effectuꝫ ſortit̄ iſte baptiſmꝰ

pleniſſimam faciens remiſſionē peccatoꝝ
niſi forte tan te fuerit efficacie ꝙ ꝑfecte pe/
nitentē induceret ad ꝑfectionē vite : ſicut
eſt ingreſſus religionis approbate: tūc enī
delere oēm culpam ⁊ penā: vt plenius ptꝫ
in ſmōe de penthec̄. ſub hoc themate: iuſ/
ſit eos baptizari: vbi de iſtis agit̄: ⁊ ſic ꝓ/
deſt ſolis dolicapacibꝰ. Tertius ē ſangui
nis q̄ fit ꝑ martyriū ⁊ eſt ceteris venerabi
lior: qꝛ contagijs iteratꝰ nō fedat̄: ⁊ iſte pt
etiam ꝓdeſſe ꝑuulis: vt ptꝫ de beatis ino
centibus: ex his etiaꝫ infertur ꝙ latro ſal/
uatꝰ ī cruce fuit baptizatus baptiſmo fla
minis nō ſanguinis: qꝛ nō ſuſtulit marty/
rium pro chriſto: ſed ꝓpter ſua demerita.
Ad laudem dei.

## De effectibꝰ baptiſmi ꝗtuꝫ ad ad collationē boni: q̄ ſunt chriſto incorporari: celū aperire: gratiam et virtutē ꝯferre: characterem imprimere: Sermo XVI

Q Vicunqꝫ in chri/
ſto ieſu baptizati eſtis: chriſtū ī/
duiſtis. Gal. iij. Ad euidentiā
thematis queri pōt: vtꝝ incorporari chri/
ſto ſit effectus baptiſmi : ꝑſertim cū dicit̄
in. iiij. li. ſen. diſ. xxiiij. ꝙ ſi q̄s habet fidem
formatā: etiā ante baptiſmū incorporatur
chriſto et membrū eius efficit̄. Hinc dicit̄
Roma. vj. Gratia dei vita eterna: ⁊ ſic ī ca/
ſu gratia vel fides formata ad ſalutem ſuf
ficit: cum ſcꝫ articulus neceſſitatis ſacra/
mētum excludit. Ad hoc reſpondet Tho.
ſup. iiij. diſ. iiij. ꝙ incorporari chriſto ꝯtin/
git dupliciter ſcꝫ merito ⁊ numero. Merito
quidē pōt quis de ecclia effici qd̄ eſt chri/
ſto incorporari: etiam ante baptiſmū actu
ſuſceptum: ſed non ante ꝓpoſitum baptiſ
mi poſt tempus reuelate gratie. Sed nu/
mero non poteſt aliquis effici de ecclia ni/
ſi per baptiſmū: quia nullus aū baptiſmū
admittitur ad ꝑceptionē euchariſtie : aut
alioꝝ ſacroꝝ eccleſie: eo ꝙ ſacramentoruꝫ
ecclie capax non eſt: verbi gratia: capitis
virtus non cōmunicat̄ mēbro: niſi tā vni/
to: ſic merita chriſti non cōmunicātur cre/
aturis rationalibꝰ: niſi ꝑ baptiſmi ſacrm̄
iam vnitis: ⁊ extūc ꝑ alia ſacra fit influen
tia debita: ꝑſertim ꝑ euchariſtiam fit ꝑfe/
cta influentia incorꝑationis a capite ī mē
brū: ⁊ ſic q̄s ꝑ grām adoptionis ⁊ virtutē

A

baptiſmatis ꝯſeq̄tur merito chriſti filiati/
onis effectꝰ q̄ notāt̄ ī verbis thematꝰ: q̄cū
ꝙ ī chriſto baptizati eſtis ⁊c̄. q̄ nimiꝝ effe/
ctus ꝗtū ad collatiōeꝫ boni: notāt̄ ī bap/
tiſmo chriſti: vt habet̄ Mat. iij. chriſto ba
ptizato ſtatim aperti ſunt celi : deſcēditqꝫ
ſpūſanctꝰ ī ſpecie colūbe: ⁊ vox pr̄is audi
ta ē: hꝯ ē filꝰ meꝰ dilectꝰ. Ad q̄ꝝ executio
nē ꝓmo q̄ri pōt: vtꝝ apertio ianue celeſtꝰ ſit
effectꝰ baptiſmi: ꝑſertim cū aū paſſionē chri
ſti aliq̄ fuerūt baptizati: ſꝫ tūc non erat eis
apta ianua: qꝛ ſi mortui fuiſſēt: tūc regnuꝫ
nō intraſſent. Nimiꝝ qꝛ ſm̄ oēs doct. ī mor
te chriſti amotū ē illud impedimentuꝫ: qd̄
deſignatū erat ꝑ gladiū flāmeū ⁊ ꝟſatilē.
Ad hꝯ rn̄det ſanctꝰ Tho. vbi ſ. ꝙ apire ia/
nuā regni nihil aliud ē ꝙ amouere īpedi/
mentū q̄ hūane nature ꝓhibebat̄ īgreſſꝰ:
⁊ illa remotio fit efficiēter q̄ ad aliquā ꝑſo
nā: q̄n paſſiōis chriſti iā ꝑfecte fit ꝑticeps
ꝑ baptiſmū : ita ꝙ baptiſmꝰ ſit q̄ſi cauſa in
ſtrumētalis apiens ianuā regni celeſtis q̄
ad ꝑſonā baptiſmū recipiētem: ſꝫ hꝯ impedi
mentū abſolute ꝗtū ad oēs remotuꝫ fuit
ſufficiēter ꝑ paſſionem chriſti: ita ꝙ paſſio
chriſti ſit vt cā ſatiſfactoria q̄ ad oēs : ⁊ qꝛ
paſſio chriſti in cuiꝰ virtute baptiſmꝰ agit:
nōdū erat facta: nec ꝑ eā aditꝰ regni aptꝰ:
ideo baptiſmꝰ nō habuit hāc virtutē ante
chriſti mortē: qꝛ nō ē cauſa ꝓncipalis ape/
riēdi aditū regni. Et notandū ꝙ aditus
B regni tripliciter apitur. Uno mō ꝗtū ad aīe
gloriā: ⁊ ſic in paſſione aptꝰ ē: hinc dictū ē
latroni. Hodie mecū eris in ꝑadiſo. Alio
modo ꝗtū ad gloriaꝫ corꝑis: ⁊ ſic aptus ē
in reſurrectiōe: vnde canit̄ ī collecta. Deꝰ
q̄ hodierna die ꝑ vnigenitū tuū eternitatꝰ
nobis aditū deuicta morte reſeraſti. Ter/
tio ꝗtū ad locū glorie ꝯgruentē ⁊ ſic aptꝰ
eſt in aſcēſiōe: ⁊ in his tribꝰ modis baptiſ/
mus inſtrumentaliter aperit q̄ ad ꝑſonaꝫ
agēs etiā virtute paſſionis: reſurrectiōis
⁊ aſcēſionis: inq̄tum eñ hō ꝯfigurat̄ chri
ſto paſſo ꝑ īmerſionem aq̄: quodāmō chri
ſto ꝯſepelit̄: ⁊ ei reſurgēti ꝗtū ad nitorē q̄
reſultat ex aqua: ⁊ ei aſcēdenti ꝗtū ad ele
uationē baptizati de ſacro fonte: ſꝫ baptiſ
mus ꝓprie paſſioni appropriat̄: qꝛ glīa aīe
ꝓncipalior ē ⁊ cauſa q̄dāmō alioꝝ: ⁊ ī huiꝰ
ſignū baptizato dn̄o apti ſunt celi ſuꝑ eū.
Ceteꝝ dicunt̄ etiā apti celi ſuꝑ chriſtū ba/
ptizatū: qꝛ baptiſmꝰ habet etiā effectū illu
minatiuū. Pro q̄ ſciēdū: ꝙ lumē ē q̄ dirigi
mur ī viſionē alicuiꝰ rei: baptiſmꝰ aūt diri

git in viſionē ſpūalem tā interiorē ꝙ exte
riorē. Interiorē q̄dē inq̄tū baptiſmꝰ dicit̄
ſacrm̄ fidei : q̄ oculū mētꝰ idoneū facit ad
viſionē diuinoꝝ. Exteriorē vero: qꝛ bapti
zatis ꝯcedit̄ inſpicere ſacrā euchariſtiam
⁊ nō alijs: ſicut dicit Dyo. ⁊ Jo. dam̄. ī ſua
diffinitiōe: baptiſmo vim illuminatiuā at
tribuit: ⁊ hꝯ ꝗtum ad primū: ꝙ baptizato
dn̄o factum legimꝰ. Scd̄o vero deſcēdit
ſpūſanctꝰ in ſpecie colūbe ad denotandū
infuſionē grē ſpūalis ī baptizatos. Ad
cuiꝰ euidentiā primo q̄ri pōt: vtꝝ ꝑuulis ī
baptiſmo ꝯferant̄ grā ⁊ virtutes vel habi
tus virtutū: ꝑſertim cū dic̄ Augꝰ. ꝙ fides
datur ⁊ nutrit̄ ī baptiſmo : datur ꝗtuꝫ ad
paruulos: auget̄ ꝗtum ad adultos: ſed fi
des q̄ ſic datur virtus ē: ⁊ eadē rōne dant̄
alie virtutes: vnde nullꝰ admittit̄ ad glo
riam: niſi habeat veſtē nuptialē q̄ ē chari/
tas: ⁊ ideo pueri q̄ moriētes ſtatim euolāt
in gloriā: charitatē habent q̄ ē mater oīm
virtutū. Ad hꝯ rn̄det Bonauē. ſuꝑ. iiij. diſ.
v. ꝙ pueris dant̄ grā ⁊ habitꝰ ꝑfecti virtu
tū: ſicut ⁊ adultis q̄ baptizant̄: ꝗuis ꝑuul/
los nō operentur: eo ꝙ adhuc ꝓpediti tene/
antur. Pro q̄ notandū: ꝙ potentie anime
dupliciter impediūt̄ ne exeant ī actꝰ ſuos.
Primo modo a corꝑis imꝑfectione vel in
diſpoſitione: ſicut impediūt̄ ī ꝑuulis ſtul
tis ⁊ dormiētibꝰ: ⁊ ecōtra expediunt̄ ꝑ cor
poꝝ ꝑfectiōem ⁊ bonā diſpoſitionē. Alio
modo impediūt̄ ab habitu malo: ſicͣ a cō/
cupiſcentia vel culpa: ⁊ ſic expediūt̄ ꝑ gra
tiā ⁊ virtutes q̄ remouēdo culpā potētias
ꝑficiūt: ⁊ ad operandū abiles reddūt: ſed
ꝓmā expeditionē nō faciūt: cū itaqꝫ vtrū/
qꝫ impedimētū ꝑuulꝰ habeat : alteꝝ tm̄ re/
mouet̄ ꝑ ꝟtutes: ⁊ qꝛ hi habitꝰ virtutū me
diāte baptiſmo ortū hn̄t a deo: n̄ a natura
innati: nec a libero arbitrio ꝑ exercitia ac/
quiſiti: ideo pn̄t eſſe in ꝑuulis aū vſum li.
ar. ⁊ eſſe ꝑfecti: natura adhuc exn̄te imꝑfe
cta: lꝫ adhuc ligati ſunt ꝓpter puericiā: ſi/
cut ī dormiēte ꝓpter ſomnū : ſed puericia
diſcedēte inclinant ad bene oꝑandū : niſi
q̄s ſpūiſācto reſiſtat. Preterea : qꝛ ꝑ eaſdē
cauſas q̄bꝰ virtꝰ generat̄ eiſdē etiā auget̄ :
vt dic̄ phs. ij. ethi. ideo qꝛ baptiſmi ē ꝯferre
grāꝫ ⁊ ꝟtutes nō habētibꝰ ſeq̄t̄ ꝙ ī hn̄tibꝰ
augeat deniqꝫ ex hac grā ī baptiſmo ſuſce
pta ⁊ habitu virtutū efficit̄ q̄s fecūdꝰ: bo
nis opibꝰ exercitijs virtutibꝰ ⁊ meritꝰ: ſicͣ
colūba ⁊ auis fecunda pullis: ⁊ hꝯ ideo: qꝛ
cū hō ꝑ baptiſmū regeneret̄ ī ſpūalē vitā

ꝑ ipſm efficiť homo actiue q̄ſi genitoꝛ ſpi/
ritualiū opeꝝ: q̄ redduñť ⁊ deo grata ⁊ no/
bis meritoꝛia: vt ſic aqua gr̄e fiat in nobis
fons aque ſaliētis in vitā eternā. Scd̄o
q̄ri pōt vtꝝ baptizatis equalis gr̄a d̄tur:
p̄ſertim cū ad effectū baptiſmi capiendū
non req̄riť aliqua cōcauſa: ſꝫ ſolū vt impe/
dimentū remoueať: ⁊ h̄ in adultis: ⁊ nul/
lus recipit gr̄am in baptiſmo niſi ab eo ſit
impedimentū remotū. Ad h̄ r̄ndet doc. ſā
ctꝰ ſup. iiij. diſ. iiij. ꝙ actꝰ actiuoꝝ recipiūť
a paſſiuis ſm̄ ſuā diſpoſitionē: ⁊ id̄o q̄uis
baptiſmꝰ ⁊ paſſio chꝛiſti q̄ in eo opať q̄tū
eſt de ſe: equalē reſpectum ad oēs habeāt:
q̄ꝛ tū q̄dam ad baptiſmū cū maioꝛi p̄para/
tione fidei ⁊ deuotiōis accedūt q̄ alij: id̄o
q̄dam maioꝛē gratiā alijs ꝯſequūť: q̄ꝛ nul
lus gr̄am in termīo recipit vt intendi non
poſſit ꝑ baptiſmū: ⁊ ſic p̄paratio fidei ⁊ de
uotionis ē quaſi materialis diſpoſitio ad
maioꝛē gr̄e receptionē. Et id̄o dicit Dam.
ꝙ in baptiſmo remiſſio peccatoꝝ cunctis
eq̄liter dať a chꝛiſto: gr̄a aūt ſpūſſācti ſm̄
ꝓportionē fidei ⁊ purgationē. Sꝫ i pueꝛ
baptizādis ex eoꝝ pte nihil requiriť: ſed
hn̄t q̄ſi ꝓ diſpoſitione ad ſalutē fidē eccle/
ſie: ⁊ ꝓ effectiuo ſalutis virtutē paſſionis
chꝛiſti q̄ opatur i baptiſmo: ⁊ hec duo eq̄/
liter ſe habēt ad oēs pueros: oēſq; equalē
gratiā recipiunt q̄tum ē de lege cōmuni:
nec q̄dē bonitas diſponit ad gr̄am baptiſ/
malem i pueris: q̄ꝛ ſm̄ Bonauē. ibidē: gr̄a
mēſurať in eis ſm̄ liberalitatē dātis ⁊ nō
ſm̄ qualitatē ſuſcipiētis: niſi de ꝯgruo ſm̄
ꝙ ſuſcipiens adultꝰ ſe p̄parat: ſꝫ quia vnꝰ
ꝑuulus nō ē magis diſpoſitꝰ q̄ aliꝰ: ⁊ deꝰ
opatur ſm̄ exigentiā ſacri: ideo equaliter
oībus dat quātū eſt de lege cōmuni: q̄ꝛ tñ
ptās eius nō ē alligata ſacro: nō ē neceſſe
ꝙ ſemp det equalē: ſꝫ p̄t facere cui vult pri/
uilegiū ſpāle: ⁊ hoc q̄tum ad ſcd̄m. Ter
tio vox patris audita ē: Hic ē filiꝰ meꝰ ⁊c̄.
ad denotandū ꝙ baptizati ꝑ gr̄aꝫ adoptio
nis efficiunť filij dei: in ſignū cuiꝰ i baptiſ
mo ſignū adoptiōis imp̄miť qd̄ diciť cha/
racter. Ad cuiꝰ euidētiā ſciendū ꝙ chara/
cterē in ſacr̄is q̄buſdam impꝛimi: oēs mo/
derni ꝯfitēť: ⁊ ē diſtictio a charactere eter
no imp̄ſſa aīe rōnali ſm̄ imaginē: configu
rans trinitatē creatā: trinitati creāti ⁊ re/
creanti: ⁊ diſtinguēs a non cōfiguratꝭ ſm̄
ſtatū fidei: ē inq̄ diſtinctio. i. ſignū diſtin/
ctiuū imp̄ſſū aīe: q̄ſi lumē q̄ddā ſemiplenū
⁊ q̄dam caloꝛ gratis datus: ⁊ lumen illud

diciť ſignaculū aīe. pſ̄. Signatū eſt ſuper
nos lu. vul. t. do. ſignatū inquā ꝑ naturā:
ſꝫ ſpecialiꝰ ꝑ ſacr̄a diuina: ſpāliſſime vero
ꝑ dona ſpūſſancti: ⁊ illud ſignū imp̄ſſū eſt
diſponens ad vlterioꝛē pfectionē gr̄e: cuiꝰ
officiū ſm̄ Pe. in. iiij. di. v. eſt gr̄am ſigni/
ficare inq̄ntū ē eiꝰ ſilitudo q̄dā: ⁊ cauſare
inquātū eſt virtꝰ q̄dā ſāctificatiua. Inquā
tum igiť ē gr̄e ſilitudo: habet aīam ꝯfigu
rare deo: cuiꝰ gr̄a ſilitudo eſt: ⁊ ꝑ ꝯſequēs
habet ſiles a diſſilibꝰ diſtinguere. Inquā/
tū vero cauſa ē: habet ad gr̄am gratū faci/
entē p̄parare: ⁊ ptātē aliquā gratuitā in
aīam impꝛimere: iſtud igiť ſignum diſtin
ctiuū imp̄ſſū ē aīe rōnali a charactere eter
no. i. a filio qui ē figura ſubſtātie pr̄is: ſm̄
imaginē ꝯfigurās trinitatē nr̄am creataꝫ.
Cū igiť character ſit i aīa rōnali ſm̄ ima/
ginem: ſm̄ quā etiā ē cōfiguratio hoīs ad
deū: ⁊ imago ꝯſiſtat i potentijs: ſic ⁊ trini
tas increata ꝯſiſtit i pſonis: ⁊ vnitas i eſ/
ſentia: ideo relinq̄ť ꝙ character ē i natura
libꝰ potētijs aīe ſicut i ſubiecto: p̄ncipali/
ter tñ ꝯſiſtens i potētia cognitiua: ⁊ ꝑ po/
ſterius alias reſpiciēs mediāte illa in qua
p̄ma ē: ſicut etiā imago p̄ncipaliter ꝯſiſtit
in potētia cognitiua: q̄ꝛ ex memoria ⁊ itel/
lectu volūtas oꝛiť: ⁊ ſic ē imago i itellecti
ua pte ſic̄ i radice Vñ character dať ad ex
ercēdas actiōes ſpūales ſimpliciť: ſꝫ gr̄a q̄
eſt i eſſentia aīe: magis tñ de ꝓpinquo re/
ſpiciēs affectiuā q̄ intellectiuā: dať ad bñ
opandū: q̄liter em̄ aliq̄s operur p̄cipue ex
volūtate pēdet: ⁊ volūtas bona ꝑ gr̄aꝫ di/
rigiť. Deniq; ſm̄ Tho. in. iiij. diſ. iiij. iſte
character indelibiliť i aīa pmanet: cuiꝰ rō
eſt: q̄ꝛ imp̄ſſio characteris eſt ꝑ quādā aīe
rōnalis ſanctificationē: ꝓut ſanctificatio
diciť deputatio alicuius ad aliqd̄ ſacꝝ: ad
quā ſāctificationē nō magis actiue opať
aīa ſanctificanda q̄ aqua ſāctificanda vel
oleum: vel chriſma ad ſui ſāctificatōeꝫ: ni
ſi ꝙ homo ſe ſubijcit ſāctificationi ꝑ cōſen
ſum: res aūt ille ſubijciūtur: q̄ꝛ carent libe
ro arbitrio: ⁊ ideo q̄litercūq; aīa variať ꝑ
ꝓꝑias opationes: nūq̄ amittit characte/
rem: ſicut nec chriſma: nec oleū nec panis
ꝯſecratus vnq̄ ſāctificationē pdit quali/
tercūq; tranſmuteť: dūmodo nō corrūpa/
tur: vnde ⁊ in dānatis manet character lꝫ
ibidē nō ſit oꝛdinatus ad aliquē finē: nam
hoc eſt ideo: quia p̄ter intētionē impꝛimē/
tis characterē dānatur: ⁊ ea q̄ fiūt p̄ter in/
tentionē: carent oꝛdine ad finē: deus tñ q̄



nihil inoꝛdinatum relinquit: elicit ex hoc
aliqd̄ bonū: ſm̄ qd̄ apparet iuſtioꝛ eoꝝ dā/
C natio: quia tantū munꝰ neglexerūt. De/
niq; vt effectus baptiſmi clarius eluceſcāt
legiť ꝙ ſub imperio diocleciani cū ꝑ quat
tuoꝛ annos eccleſie clauſe fuiſſent erat ro/
me mimus q̄dam noīe geneſius q̄ chꝛiſtia/
nos (ſicut incredulꝰ erat) ſepiꝰ irridebat:
quodā tp̄e ꝑ artis ſue peritiā diocleciano
placere volēs: oīa ſecreta diuini miniſte
rij ſcrutari cepit: ⁊ ad ſocios rediēs: ſcitis
inq̄t ꝙ impatores exoſos habent chꝛiſtia/
nos: venite ergo ⁊ de eoꝝ myſterijs riſum
ꝓponamus: vt ſic imperatoꝛibꝰ placeamꝰ
quos annuētes docuit de ſecretꝭ diuinis
q̄d facerēt: quidue reſpōderēt: die igiť cō/
ſtituto impatore p̄ſente: roma ſpectāte: ve
nit in mediū: ⁊ eſſe ſe dicit egrotū: petit ba
ptiſmatis ſacramentū: iacēs in grabato: ⁊
ait ad ſocios: eia nr̄i: grauem me ſentio:
leuem me fieri volo. Quō inquiūt leuē te
faciemus ſi grauis es: nūq̄d fabꝛi ſumus?
Statimq; geneſius iterius a dn̄o viſitatꝰ
ait veſani: chꝛiſtianus deſidero moꝛi. Cui
college. Quare: vt inquit in illo die velut
a deo fugitiuꝰ nō inueniar: hec audiēs im
peratoꝛ riſum tenere nō potuit: tūc ſm̄ ꝙ
erat oꝛdinatū intrare factūt exoꝛciſtam et
p̄ſbyterū: q̄ ſedentes ad lectuꝫ eius: quid
inquiūt ad nos miſiſti fili: r̄ndit (nō ſimu/
late ſꝫ ex coꝛde) q̄ꝛ cōſequi gratiā chꝛiſti cu
pio: vt renaſci me ſentiens liberer a ruina
peccatoꝝ meoꝝ. Fit clamoꝛ populi: curſūt
curſoꝛes ferētes ei munera ab imperatoꝛe
miſſa: ⁊ cum oīa circa eū diuinoꝝ ſecretoꝝ
ſacramēta cōpleta fuiſſent: induiť veſtibꝰ
albis: ⁊ cepit ſedēs panem ⁊ alia paupibꝰ
erogare: ſubitoq; milites quaſi ab impato
re miſſi tenentes eū ad iudicē duxerūt: ſed
ductus ad falſam paſſionē: acceſſit ad ve/
ram ꝯfeſſionē. Veniēs em̄ ad impatoꝛem
aſcendit baſim vbi ſtatua fuerat veneris:
ſicq; cōcionatus eſt. Audi impatoꝛ ⁊ oēs
q̄ adeſtis: quotienſcūq; accidit vt chꝛiſtia
num nomē audirē deteſtabar: ⁊ his q̄ tra/
hebāt chꝛiſtianos ꝑ publicū adiūgebar et
ſimul trahebā: toꝛtoſq; inſultabā: ac furo/
rē populi ſup eos accēdebā: tantū em̄ no/
mē illud exhoꝛrui: ꝙ hac d̄ cauſa parētes
⁊ affines deſerui: maluiq; ꝑegrinatiōis et
egeſtatis onus aſſumere: q̄ in patria iter
chꝛiſtianos permanere: deniq; vſq; hodie
volui pſcrutari eoꝝ ſecreta: non vt crede/
rem: ſed vt d̄ his populis riſum exhiberē:

moꝛ autē vt me nudū illa aqua pfudit: et
interrogatus credere me ad iterrogata re
ſpondiſſem: vidi celum aptum: ⁊ manū de
celo ſup me venientē in hoꝛa qua pfunde/
bar aqua: dei quoq; angelos flāmeo radi/
antes aſpectu ſuꝑ me ſtantes: q̄ oīa pec/
cata mea a iuuētute cōmiſſa in libꝛo ſcp̄ta
recitantes dixerunt mihi: aqua hec delet
oīa iſta q̄ te recognoſcis feciſſe: cūq; aq̄
pfuſus fuiſſem: factus ſum niue cādidioꝛ:
ita vt nec ſignum ſcripture p̄terite appare
ret: vidi etiā dei gloꝛiā coꝛdi meo imp̄ſſā:
ꝑ quā didici chꝛiſtū ieſum hunc eſſe lumē
⁊ ſalutē omniū: q̄ gloꝛiā eiꝰ ꝑ baptiſmū fu/
erint cōſecuti. Tūc dixerunt mihi angeli:
ſcias te ab oī peccato mundatū: age nūc
vt gr̄am dei quā accepiſti conſerues: tāta
em̄ vis eſt myſterioꝝ dei: vt ludibꝛijs ſub/
iacere non poſſit. Quid ergo faciā iudica
te: dum vobis placere cuperē: regi celeſti
cōplacui: ſicut igiť vſq; nūc mecū incredu
li ⁊ illuſoꝛes fuiſtis: ſic mecū ab irriſione
ceſſate: credētes dominū ieſum verū deuꝫ
eſſe. Tunc impatoꝛ nimio furoꝛe repletus
iuſſit oēs ſodales eius cuꝫ virgis cedi:
eſtimās eos ſimiliter credere: qui blaſphe
mantes nomē ieſu: reſponderunt ſe nunq̄
iu illum credere voluiſſe. Tunc imperatoꝛ
in geneſiū ita furere cepit: vt ſi nō ꝓhibe/
retur hoꝛroꝛe: ſanguinē eius biberet: fecit
igitur eum coꝛā omnibꝰ immaniter cedi:
ſatiſfaciens iracundie ſue. Die vero ſequē
ti: iuſſit eum a pluſiano p̄fecto ad ſacrifi/
cium cogi: ⁊ tādiu toꝛmētis agi: q̄diu ad
eius poſſit ꝑuenire cōſenſum: qui cum po
ſitus eſſet in eculeo: ⁊ ei pluſianus diceret
inſane ⁊ miſerrime: ſacrifica dijs vt te poſ
ſint iterum reuocare ad gratiam domino/
rum. Reſpondit ad illoꝛum dominoꝝ gra
tiam redeant: qui dominū ipſoꝝ ignoꝛāt:
verus enim ille rex eſt: quem ego oculis
patientibus vidi: qui mihi dignatus eſt
oſtendere miſericoꝛdiā ſuam: et me indig/
num in ſuis myſterijs illuminare: vt q̄ ce/
cus eram: eius cognoſcerē voluntatē. Vñ
miſerum me lugeo: quia vobiſcū aū erra/
ui: ⁊ ſanctum nomen in chꝛiſtianis abhoꝛ/
rui: pꝛo quo crimine mihi reputabo vni/
uerſa ſupplicia: quoniā ſatꝭ tarde ad regē
deum adoꝛandū acceſſi. Dicit ei pluſianꝰ:
quis eſt ille rex pꝛeter regem noſtrū: reſpō
dit: rex iſte homo eſt: rex autem quem ego
adoꝛo: deus eſt. Igiť dū in eculeo ceſus ⁊
vngulis attrectatꝰ: ac lampadibꝰ inflāma

tꝰ: in ꝯfeſſione ſancta ꝑſiſteret: et iudici
diceret: ſi cētuplicaueris hec tormenta cir
ca me: chriſtū mihi de corde nō poteris au
ferre: ⁊ hec oīa geſta dum ꝑfectus regi le/
genda portaret: tūc iuſſit eū rex decollari:
quā ſententiā geneſiꝰ cū omni gaudio ſu/
ſcipiēs martyrij gloriam adeptus eſt. Ad
laudem dei.

## De ſacramēto cōfirmatiōis quātū ad materiā: formā ⁊ effectum: Sermo. XVII

Imponebāt manꝰ ſup illos ⁊ accipiebāt ſpiritūſan
ctū. Act. viij. In his verbis tan
gitur ſcd̄m ſacramentū eccl'ie: ſcꝫ cōfirma
tiōis: cuiꝰ inſtitutio primo facta ē mani/
feſte ab apoſtolis: vt patet in verbis ꝓpo
ſitis quoꝝ veſtigijs inherentes eccl'iaꝝ re
ctores: ex familiari ꝯſilio ſp̄uſſācti: formā
illius ⁊ materiā inſtituerūt: nā ap̄li nulla
fuerūt vſi materia: ſꝫ ſola manꝰ impoſitiōe
nec etiam aliqua verboꝝ forma: cuiꝰ ratio
potuit eſſe manifeſta ſācti ſp̄ūs apparētia
q̄ erat ip̄is ꝓ materia ⁊ forma eo ꝙ tūc tē/
poris viſibiliter opabat᷑: ſed poſtq̄ hec ap
parētia defecit: romana eccl'ia ex familia/
ri gr̄a ſp̄uſſancti ⁊ cōſilio certā materiā et
formam inſtituit: vt dicunt Guil. ⁊ Tho.

A Pro quo ſciendū ꝙ cōfirmatio ē plena/
rie diuine gr̄e infuſio: armans inſtruēs et
corroborans baptizatos ad ꝯfitendū fir/
miter nomē chriſti: vt ptꝫ de ꝯſe. diſ. v. ſpi/
ritusſancti: ⁊ vocat᷑ antonomatice manꝰ
impoſitio: q2 lꝫ in alijs ſacramētis cōmu/
niter manꝰ impoſitio fiat: ꝑ quā gr̄e infu/
ſio creditur: quia tunc hic plenius fit infu
ſio gr̄e: eo ꝙ dat᷑ ad augmentū gr̄e: idcir/
co ꝑ quādā excellentiā vocat᷑ hꝫ ſacramen
tū manus impoſitio: vnde ſicut his q̄ cor/
poraliter naſcunt᷑ neceſſarie ſunt vires ad
opandum: ſic ſp̄ualiter renatis neceſſariū
eſt robur ſp̄uſſancti: quapropter ap̄li poſt
aſcenſionē dn̄i receperunt ſpiritūſāctū ad
robur: vt eēnt fortes ī fide ⁊ fidei ꝯfeſſio/
ne circūuallantibꝰ vndiq̄ ꝑſecutionibus:
hinc etiā diligēti cura debet ꝓcurari pue/
roꝝ ꝯfirmatio: q2 ꝑ hāc ꝯfert᷑ maior gr̄a ⁊
ꝑ ꝯn̄s maior gloria. Hinc ergo p̄mo q̄ri
pōt: vtꝝ ꝯfirmatio ſit ſacramentū neceſſi/
tatis: p̄ſertim cū dicit᷑ de ꝯſe. diſ. v. c. oēs
fideles ꝑ manꝰ impoſitiones ep̄oꝝ: ſpiritū
ſanctū poſt baptiſmū accipe debēt: vt ple/
ni chriſtiani inueniāt᷑: ſed hoc videt᷑ de ne
ceſſitate ſalut' ꝙ q̄s ſit plenus chriſtianꝰ.
Ad hoc r̄ndet Bonauē. ſup. iiij. diſ. vij. ꝙ
eſt neceſſitas ſimpliciter: ⁊ ē neceſſitas cō/
ditionata: gr̄a ergo ꝯfirmatiōis nō eſt ne/
ceſſaria ſimpliciter: q2 ſine ea pōt hō mori/
ens ⁊ non ꝯtemnēs ſaluari ꝑ ſolū baptiſ/
matis ſacramentū: eſt tn̄ neceſſaria ex ꝯdi
tione ſcꝫ pugnāti ⁊ vincere volēti: hinc di
cit᷑ de ꝯſe. diſ. v. c. ſp̄uſſanctus gloria in hꝫ
mūdo tota etate victuri inter inuiſibiles
hoſtes ⁊ ꝑicula gradiendū ē: in baptiſmo
regeneramur ad vitā: ⁊ poſt baptiſmū cō/
firmamur ad pugnam: in baptiſmo ablui/
mur: ⁊ poſt baptiſmū roboramur: ⁊ q̄uis
ꝯtinuo trāſituris ſufficiant regeneratiōis
beneficia: victuris tn̄ neceſſaria ſunt ꝯfir/
mationis auxilia: ideo ex inſtitutiōe eccle
ſie eſt: ꝙ nullꝰ ab hoc ſacramēto excipit᷑:
ſꝫ ſi hn̄s oportunitatē illud recipiēdi negli
gēdo ꝯtemnit: ⁊ mortalis culpe ſe ꝑiculis
exponit. Cōfirmatio igit᷑ neceſſaria iudi/
cat᷑: nō q̄dem ſimpliciter ad ſalutem: ſicut
nutrimentū ad vitā corꝑalē: ad quā ſuffi/
cit baptiſmꝰ q̄tum ad originale: ⁊ penitē/
tia q̄tum ad actuale mortale: ſꝫ ad ſp̄ualē
ſanitatē eſt neceſſaria ſicut ad corꝑalē me/
dicina: vt ſic hō ꝯfirmetur ad pugnam: q2
nō eſt nobis colluctatio ⁊c̄. Sc̄do queri
pōt: q̄ ſūt de ſubſtātia huiꝰ ſacri. Ad hꝫ di/
cendū ꝙ ſex: primo ſunt duo neceſſaria ex
ꝑte ſacri ſcꝫ materia criſmat': ⁊ forma ver
boꝝ: nam criſma ꝯfectum ex oleo ⁊ balſa/
mo ē materia huiꝰ ſacri: ⁊ hoc rōne myſti/
ca: q2 ꝑ oleū ſignat᷑ nitor bone ꝯſcientie:
ꝑ balſamū vero odor bone fame: vt latius
ptꝫ ex᷑ de ſacra vnctiōe. c. vnico. Pro quo
ſciendū: ꝙ triplex oleū cōſecrat᷑ ī die cene
dn̄i ꝑ ep̄os. Primū ⁊ principale ē ſanctuꝫ
criſma: de quo dictū ē cū quo b̄ndicūt᷑ fō/
tes baptiſmales: calices: patene: eccleſie:
altaria: pueri iā baptizati in vertice ⁊ frō/
te: ep̄i q̄n ꝯſecrāt᷑ in capite ⁊ manibꝰ oēſq̄
fideles in ſacramēto ꝯfirmatiōis: et iſtud
oportet renouari annuatim: alioq̄n ꝓhibe
tur vti niſi in neceſſitate baptizat' : vt ptꝫ
ꝺ ꝯſe. diſ. iiij. c. ſi q̄s ꝺ alio. Et idē intelligē
dū eſt de ꝯfirmatione q̄ eſt ſacr̄m minoris
neceſſitat'. Sc̄m dicit᷑ oleū ſanctū vel ca
thecuminoꝝ: quo ſcꝫ inungit᷑ puer bapti/
zandus ī pectore ⁊ īter ſcapulas: ſimiliter
manus eiꝰ q̄ ſacerdos ordinat᷑: eccl'ie q̄ꝫ ⁊
altare an̄ criſmatiōem: inungūt᷑ etiā eo re
ges et principes in humero ſiue brachio.



Tertiū eſt oleū infirmoꝝ: quo ſcꝫ vngun/
guut᷑ infirmi in mortis articulo: de his tn̄
duobꝰ vltimis nō inuenit᷑ p̄ceptū ꝙ debeat
annuatim renouari. Sc̄m aūt ſubſtātiale
eſt forma verboꝝ q̄ talis eſt hodie. Signo
te ſignaculo crucis ⁊ ꝯfirmo te chriſmate
ſalutis: ī nomine pa. ⁊ fi. ⁊ ſp̄ūſſ. amē: licꝫ tē
pore primitiue eccl'ie ſola manus īpoſitiōe
vterent᷑ ap̄li: vt patet in. c. de ſacra vnctio
ne: vbi plura ponūt᷑ de hac materia. Si/
militer ſunt duo neceſſaria ex ꝑte miniſtri:
Primū eſt dignitas epiſcopal' cui ſoli cō/
petit: niſi papa alteri inferiori cōmitteret
ex cauſa multū neceſſaria vl' rōnabili. Un/
de dicit᷑ de ꝯſe. di. v. c. manus q̄ꝫ īpoſitio/
nis ſacramētū magna veneratiōe tenēduꝫ
eſt: q̄ ab alijs ꝑfici nō pōt niſi a ſūmis ſa
cerdotibꝰ: nec tp̄e ap̄lorum ab alijs niſi ab
ip̄is ap̄lis legit᷑ aut ſcit᷑ ꝑ actum eē: nec ab
alijs ꝙ q̄ eoꝝ tenēt locū vnq̄ꝫ ꝑfici pōt aut
fieri debet: nā ſi alit᷑ p̄ſumptū fuerit irritū
habeat᷑ ⁊ vacuū: nec int᷑ eccl'iaſtica vnq̄ꝫ re
putabit᷑ ſacramēta. Sc̄m aūt req̄ſitū ī mi
niſtrāte eſt intētio debita: q̄ nimiꝝ req̄rit᷑ ī
oībꝰ ſacramētis. Ex ꝑte deniq̄ ſuſcipi
entis req̄runt᷑ eq̄ duo. Primū ꝙ ꝯfirman
dus ſit baptiſatꝰ: q2 nōdū baptiſatꝰ cōfir/
mari nō pōt niſi prius baptizet᷑. Cuiꝰ rō ē:
q2 character baptiſmatis eſt fūdamētum
alioꝝ: ⁊ ideo illo nō īpreſſo nō pñt alij imp̄
mi: ⁊ q2 cū in ſacramētis nō imp̄mit᷑ chara
cter in q̄bꝰ aptꝰ natꝰ ē imp̄mi. Dicit᷑ nihil
fieri. de quo charactere piꝰ viſū eſt ⁊ po/
ſtea videbit᷑. Secūdo requirit᷑ ꝙ in lo/
co debito ſcꝫ in frōte ꝯfirmet᷑: cū eīn q̄libꝫ
chriſtianꝰ ſm̄ p̄parationeꝫ animi tenetur
ꝓ loco ⁊ tp̄e fidē catholicā publice ꝯfiteri
req̄rēte neceſſitate vl' ſuadēte vtilitate cō/
muni: ideo confirmatio in fronte ponit᷑ vt
a recipiente fides ſine erubeſcētia publice
cōfiteat᷑ ⁊ p̄dicet᷑: ⁊ q2 in ꝯfirmatiōe con/
fertur audacia ſpiritualis: euidentiꝰ fit in
frōte: in cuius argumētū dixit dn̄s ad eze/
chielē quē miſit ad enunciādū ⁊ arguēdū
pctā. eiuſdem. iij. Dedi faciē tuā valētiorē
faciebꝰ eoꝝ: ⁊ frontē tuā duriorē frōtibus
eoꝝ ⁊c̄. Tertio queri pōt q̄ ſunt de bene

B eſſe ꝯfirmatiōis ⁊ nō de ſubſtātia. Ad hoc
dicēdū ꝙ quatuor ſunt q̄ tn̄ ſine pctō p̄ter/
mitti nō poſſūt: ſaltē ab adultis ſi omittū/
tur abſq̄ rōnali cauſa. Primū eſt ꝙ confe
rēs debet eē ieiunus. de ꝯſe. di. v. p̄cipit᷑ ex
ꝯcilio meldenſi. c. vt ep̄i nō niſi ieiuni ꝑ im
poſitionē manuū ſp̄ūmſctm̄ tradant: exce/
ptis infirmis ⁊ morte periclitantibus: nec
mirū q2 ſacramentū eſt omni veneratione
dignū: vtpote ī q̄ abūdās ⁊ eminētior gra/
tia ꝯfert᷑. Hinc melchiades papa ꝯſultus
de dignitate ſacramēti huiꝰ: r̄ndit ep̄iſ hi
ſpaniaꝝ ⁊ habet᷑ de ꝯſe. di. v. c. De his ve
ro. ſup q̄bus rogeſtis vos informari vtrū
maius ſit ſacramētū manꝰ īpoſitiōis ep̄o/
rū: aut baptiſmꝰ. Scitote vtrūq̄ magnum
eſſe ſacramentū: ⁊ ſic̄ vnū maioribꝰ. i. ſum
mis pōtificibꝰ eſt accomodatū q̄ niſi a ma
ioribꝰ ꝑfici nō pōt: ita ⁊ maiori veneratiōe
venerādū eſt ⁊ tenēdū: ſed ita ꝯiūcta ſunt
hec duo ſacramenta: ꝙ ab inuicē niſi p̄ueni/
ente morte nullatenus poſſunt ſeparari: ⁊
vnū ſine altero rite ꝑfici nō pōt: hꝫ ibidem.
Secūdū eſt ꝙ adulti debēt ad ꝯfirmatio/
nē vēire ieiuni: ꝓpter reuerētiā ſacramēti:
īmo debēt ſe ſollicite p̄parare ꝑ p̄uiā con/
feſſionē: vt ſp̄ūmſctm̄ digne ſuſcipere va/
leāt: alioq̄n nō excuſāt᷑ a mortali ſacramē/
tū tn̄ indigne ꝑcipiētes: Unū de ꝯſe. di. v.
dicit᷑ ex cōcilio aureliano. c. Ut ieiuni ad
ꝯfirmationē veniāt ꝑfecte etatis. glo. ſta/
tuimus vt moneant᷑ ꝯfeſſiōes facere p̄riꝰ
vt mūdi donū ſp̄uſſancti valeāt accipe: et
q2 nunq̄ erit chriſtianꝰ ſcꝫ ꝑfectꝰ niſi in cō
firmatiōe ep̄i fuerit chriſmatꝰ. Tertiuꝫ eſt
ꝙ ꝯfirmādus teneri debet ab alio ex eccle
ſie inſtitutiōe: Unde dicit᷑ de ꝯſe. di. iiij. c.
nō plures. ad ſuſcipiēdū de baptiſmo infā
tē accedant q̄ꝫ vnus ſiue vir ſiue mulier: in
cōfirmatiōe q̄ꝫ idip̄m fiat: in q̄bus verbis
duo notant᷑. Primū eſt ꝙ ꝯfirmādꝰ tene/
ri debet: ſicut baptiſandꝰ leuari. Secūduꝫ
ꝙ tn̄ ab vno: nec refert vtrū ſit vir vl' mu/
lier: q2 fortitudo ſp̄ualis eſt ꝑ chriſtū in q̄
nō eſt maſculꝰ vel femia: vt d᷑ Gala. iij. Ra
tio vero huius eſt: ad p̄cauēdū ꝑiculuꝫ cō/
paternitatis in ꝯtrahēdis matrimōijs: vl'
debitis ꝯiugalibꝰ exigēdis: Unū dicit᷑. iij.
q. j. c. de his q̄ filiaſtros ſuos ad ꝯfirmatio
nē corā ipſis tenēt. i. q̄ filios vxoris ſue de
viro priori dū chriſmatur ab epiſcopis ſup
ſe ſuſtinēt: ſi in ſciētia ſicut aſſeris fiat: licꝫ
ſit pctm̄ nō tn̄ vſq̄ ad ſeparationē cōiugij
puniēdus eſt: lugeāt tn̄ ⁊ digna cōiugij pe
nitētia hꝫ diluētes dn̄o dicāt: Delicta igno
rantie mee ne memineris. di. viij. c. cōſue/
tudo. ꝯ. penul. Ignoſci pōt ſimplr̄ erranti.
glo. i. ſine fraude. Argu. ꝙ ignorātia iuris
excuſat: vide textū ⁊ gloſam. Qr̄ ſi q̄ritur
vtꝝ q̄ req̄rit᷑ ꝙ aliq̄s ꝯfirmādus teneat vl'
tangat in ꝯfirmatiōe. Ad hoc r̄ndes tho.

ſup.iiij. q in cōfirmatiōe daſ ſpūſſanctus ad robur. ꝑpter hoc eñ aliqs ad cōfirmatione accedit: qꝛ ſe habere robur ſtandi nō pſumat: ⁊ ideo fuit inſtitutū ab eccleſia q ab alio teneret ad deſignandū q p ſe ſtare nō poſſet: q ſi nō ſit peccatū nō euitat propter inſtitutionē eccl'ie: nihilominꝰ tñ recipit ſacramētū. Quartū eſt q cōfirmandū tenere nō debet niſi cōfirmatus: qꝛ ſi contrariū facit peccat: licʒ ꝑpter hoc nō ſit irritū ſacramētū ſm Tho. ⁊ de cōſe. diſ. iiij. c. in baptiſmate vel chriſmate nō pōt aliū ſuſcipe in filiū ipſe qui nō eſt baptizatꝰ vł cōfirmatꝰ. Ceterū addi poſſūt adhuc duo de bñ eſſe ſacramēti. Primū eſt q pepulū circūligeſ capiti: ⁊ hoc ꝑpter reuerentiā ſacramēti. Secūdū eſt q deſ alapa: ⁊ h̄ vt memorie tradāt ſe fuiſſe ꝯfirmatos ne ī iniuriā ſacramēti denuo ſe faciant cōfirmari qd oīno ꝓhibeſ: vt extra ꝺ ſacramētis nō
C iterādis. Quarto pncipaliter queri pōt de effectu huiꝰ ſacrī ꝑpter quem dinoſciſ inſtitutū. Ad hoc dicendū: q pncipaliter duplicē cauſat effectū: imprimit eñ characterē ⁊ cōfert vel adauget gratiā. Quantum igiſ ad primū effectū dicit Tho. ſup. iiij. q character eſt ſignū diſtinctiuū quo qs ab alijs diſtinguiſ ad aliqd ſpūale deputaſ: qd Pe. in. iiij. lucidius declarat: dicēs: q character ē quedā habitualis: id eſt indelibilis diſpoſitio ad gratiā: qua. ſ. aīa ordinaſ ad hoc vt ſit dei templū: ſicut cōſecratio eccl'ie nō eſt aliud q̄ quedā ordinatio ī dei templū: vnd p characterē aīa diſponiſ ad pfectū habitū grē: ſicut aliqua diaphaneitas diſponiſ ad lucē. Tho. Ad aliqd ḡ ſpūale poteſt quis tripliciſ deputari. Uno mō vt ī ſe ſpūalia pticipet: ⁊ ad h̄ deputaſ qs in baptiſmo: qꝛ iam baptizatus pōt eſſe pticeps oīs ſpūalis receptiōis: vñ character baptiſmalis eſt q̄ſi quedā potētia paſſiua abilitās ad receptionē gratiaꝝ ⁊ aliorū ſacroꝝ. Alio mō vt ſpūalia qs ī noticiā ducat p rerū fortē confeſſionē: ⁊ ad hoc qs deputaſ in ꝯfirmatiōe. Sacrm enī hoc nō daſ ꝓprie ꝑpter pugnā ſpūalem: q̄ qs pugnat ꝯtra impedientē ſalutē ſuijpſius: ſed magis ad pſiſtendū fortiter in pugna: qua qs xp̄i nomē impugnat: ⁊ vt inuictꝰ chriſti cōfeſſor pmaneat: ⁊ huic pugne nō oēs exponunſ ſed ſolū cōfirmati: nā tpe pſecutionis eligebanſ aliqui q̄ debebant in loco pſecutiōis pmanere ad publice nomē xp̄i confitendū. alijs occulte credētibus nec ſe viſo manifeſtātibus q eſſent chriſtiani: vt patet in legēda beati Sebaſtiani. Tertio mō vt etiā credentibꝰ ſpūalia tradat: ⁊ ad h̄ deputaſ aliqs p ſacramentū ordinis.

Quātū aūt ad ſecūdū effectū ſciendū: q cōfirmatio digne ſumēti cōfert gratiā ſi nō habuit ⁊ adauget gratiā iam habēti: faciens de grato magis gratū: nā ſm Tho. ⁊ Pe. in. iiij. in hoc ſacro ꝯfert grā: nō ſolū cōiter ſicē in quolibet ſacro in q cōferſ grā emūdans a peccato ⁊ cōferēs facultatē digne ⁊ ſalubriter vtēdi eodē ſacro dū digne ſumiſ: ſed etiā daſ ſpecialis grā p quā deputaſ qs ad officiū ſanctitatis: ⁊ idoneus efficiſ ad xp̄m cōfitendū. vñ plerūq fit in ipſa ꝯfirmatiōe mutatio nomīs: p eo q in ipo fit quedā homīs innocatio deponēdo ex toto vetuſtatē quā plene nō depoſuerat in baptiſmo ad ipſius roboris firmitatē.

Deniq ex hoc queri pōt: vtrūq maiorē habebit gloriā paruulꝰ decedēs cōfirmatꝰ q̄ nō cōfirmatꝰ. Ad hoc rñdet glo. in. c. vt ieiuni. de cōſe. di. v. videſ q ſic: qꝛ in cōfirmatiōe daſ augmentū grē: vt patʒ ibidē. c. nouiſſime. vbi ſubdiſ: ſignaſ eñ baptizatꝰ cū chriſmate ī capitis ſūmitate p ſacerdotem: p pontificē ꝟo in fronte: vt in priori vnctione ſignificeſ ſup ip̄m ſpūſſancti deſcenſio ad habitatiōʒ deo cōſecrādā. in ſecūda ꝟo vt eiuſdē ſpūſſancti ſeptiformis gratia cū omī plenitudine ſanctitatis ⁊ ſcīe ⁊ virtutis venire in hoīe declareſ: hoc ibi ſeqſ in glo. qd cōcedendū eſt ſi dicaſ: q paruulo cōcedaſ grā ī baptiſmo: hec glo. ⁊ ideo ne paruulꝰ tanto bono fraudeſ. pōt in eccl'ia ſpecialiſ īterdicta chriſmari ſicut ⁊ baptizari: qꝛ a quouis interdicto h̄ duo ſunt excepta: vt patʒ expſſe eẋ de ſen. ex. c. rñſo. in fi. Uñ quātū malū ē negligere vel ex ignauia non recipere ſacramentū cōfirmatiōis patet exemplo. Nā legiſ q quidā florentinus natione lapus nomīe ſatis erat tener ⁊ mollis: hic vidēs epiſcopum florentinū plures iuuenes cōfirmare: qui iuxta laudabilē cōſuetudinē dabat eis alapā in ſignū recordationis: extūc horrens maxille pcuſſionē receſſit: ⁊ ſe confirmatū corā parētibus finxit: tandeʒ ꝟo mortuus fuit ad iudiciū tractus vbi cum inquireſ de ſtatu ſuo: pſertim an aliquid ſuſtinere poterat: ipſo obmuteſcēte tandē demon reſpondit q in vita tā mollis erat ⁊ delicatus q propter alapā quā abhorruit nō fuerat auſus ſe facere ꝯfirmari: hoc audito dictauit ſententiā iudex: q vſq in diem iudicij deberet ſingulis diebus ⁊ noctibꝰ ſepties alapas recipere a demonibꝰ: in fine mūdi recepturus ſententiā an eſſet ſaluandus vel damnādus. Qd auertat a nobis chriſtus ieſus.



## De ſacramēto extreme vnctiōis ⁊ eius materia: forma ⁊ effectu: et tpe: quibꝰ pſonis: ⁊ in quibꝰ locis dari debet: Sermo XVIII

mẽbra vel res ſuas ꝑdat. Si tñ offenderit
me vel mihi ꝓximiores vel eccĩiam meam
potero me ⁊ illos defendere: qꝛ ꝓximiores
vident excepti eẽ: vt. e. ti. c. petitio. ĩ textu
⁊ glo. Quid autẽ cõtineat in iuramẽto fi
delitatis luculenter ꝓſequit decretũ. xxij
q. v. c. de forma fidelitatis: in tex. ⁊ ĩ glo.
Deniq; qui iurat facere reſidentiã ĩ eccĩia
ſi ꝓ negocio eccleſie ſit abſens: nõ incurrit
piuriũ: vt pꝫ ex de cleri. nõ reſi. c. ex parte
tua. ij. Idẽ ſi eẽt in ſeruitio ep̃i vĩ ſi vocare
tur a papa: vide ibidẽ glo. Adhuc ſũt alie
ꝯditiones q̃ ſub intelligunt q̃ tñ faciliter
ex ꝓdictis pñt colligi. Ad laudẽ dei om.

## De iuramẽto ꝓmiſſorio: qñ et in quibus ẽ obligatoriũ ⁊ nõ obligatorium: Sermo II

Non aſſumes nomẽ dei tui inuanum. Exod. xx.
Occaſione ſermonis ꝓcedẽtis A
q̃ri põt ꝓmo qđ ius ſuꝑioris ĩ iuramento
q̃libet intelligit exceptũ. Ad cuiꝰ euiden
tiã dicit hein. boyc. ex de iureiu. in. c. veni

entes.ꝙ ſi q̄ris de iure ꝓprie loquēdo ſpi⁹
ſupioris ⁊ cōpetēte ſupiori:tūc ꝯſtat ꝙ ta/
le ius in q̄libet iuramēto intelligit̄ excep/
tū:qꝛ etiā ius cuiuſlibet priuati intelligit̄
exceptū in iuramēto alteri⁹: nā iuramētū
vni⁹ obligare nō pōt ĩ p̄iudiciū alteri⁹:in
eo ꝙ alteri de iure debet̄.Et generalit̄ oīs
auctoritas iudicis ſeu ſupioris q̄ ē adiuta
⁊ approbata auc̄te iuris:ēa iuramēto ex/
cepta:⁊ iō ſi alicui iuraui infra menſez ſol/
uere centū q̄ interim p̄cedenti die ꝯdēnat̄
p̱ iudicē iuſte:vl̄ accuſat̄ aliquo graui cri
mine ⁊ iuſte cōuincit̄ ⁊ bona ſua iuſte ap/
plicant̄ fiſco:ac iudex interdicit mihi ſub
magna pena ne ſoluā:nō obligoꝛ ex iura/
mento ad ſoluendū creditori:vt no. Hoſt.
de iureiu.in.c.queādmodū.⁊ in.c.ſignifi/
cauit.ex̄ de cenſi.Oꝛ ſi q̄ris de iure ſupio/
ris ĩpropꝛie loquēdo.i.de auc̄te ſupioris:
q̄ non ē adiuta vel approbata auc̄te iuris:
tūc talis auctoritas ſupioris nō intelligit̄
in iuramēto excepta vt pꝫ p̱ dictā glo.ĩ di/
cto.c.ſignificauit.ex̄ de cenſi.exac.⁊ ꝓcur.
Et nota ꝙ ſicut in iuramento ius ſupioris
intelligit̄ exceptū:ſic etiā in conſuetudine
⁊ ſtatuto:vnde ſi q̄s iurauit non exire do/
mū vſq̄ʒ ad.xv.dies: ⁊ interim ē citat⁹ ad
iudicē venire tenet̄:qꝛ in quolibet iuramē
to intelligit̄ ius ſuperioris exceptuʒ. Hoc
tñ ſane ĩtelligit̄:ꝙ hoc nō facit auctoritas
citantis ſi ſit inferioꝛ papa:ſ auctoritas iu
ris ſcripta volentis ⁊ ſtatuentis :ꝙ citat⁹
ad iudiciū venire tenet̄:⁊ de in ius voc.p
totū.Auctoritas deniq̄ʒ pape ſemp̱ intelli
git̄ indiſtincte excepta:vt pꝫ ĩ.c. veniētes
de iureiu.vnde ex cā pōt remittere vel re/
laxare iuramentū ad tēpus vel ĩperpetuū
de iureiur.c.verū.⁊.c.ea te credim⁹. Se
cundo q̄ri pōt:vtrū q̄s venire pōt ꝯ ꝓpriū
iuramētū auc̄te ꝓpria.Ad hoc rn̄det Hei.
boyc:in.c.ſi vo.de iureiur.⁊ etiā Guil.de
monte lau.in cle.vna.de iureiur.in verbo
dudū.ꝙ aliq̄s venire pōt ꝯ ꝓpriū iuramē
tū auc̄te propria ĩ caſib⁹ ſequentib⁹.Prio
qñ obſeruantia iuramēti vgit in diſpēdiū
aīe:vt pꝫ ex̄ de iureiur.c.cū quidā.vbi ſub
dit.Illi vo q̄ iurant non loq̄ prī vel matri
vel ſorori aut fratri aut eius hūanitat̄ ſub
ſidiū nō exhibere:abſoluēdi ſunt.Glo.ad
cautelā:cū iuramētū nō ſit vinculū iniqui
tatis ab illius obſeruātia iuramēti cū illi/
citū ſit ⁊ ꝯriū rōni:ĩ iūcta tñ eis pnīa ꝯpe/
tenti ex hoc ꝙ male iurauerūt ⁊.c.ex lrīs.
Scdo qñ vergit in detrimentū oīm rerum
ſuaꝝ vel maioris ptis:ſine quib⁹ nō poſſꝫ
tpalem vitā ducere:vt pꝫ.xxij.q.iiij.c.ſi.
vbi dꝛ.Quiſq̄s ergo iuramēto ſe firmaue/
rit aliq̄d facturꝝ:q̄ corꝑalis vel ſpūalis ſa/
lus adimat̄:⁊ ſine quo vtraq̄ʒ ſalus repa/
ri vel cōſeruari nō poſſet:fidē promiſſā ſer
uare ꝓhibet̄ ⁊c̄.Ex quib⁹ videt̄ ꝙ h̄ pro/
cedit qñ ſi ſeruaret̄ poſſit timeri de ſalute
corꝑali ⁊ ſpūali.Tertio ſi tenderet ĩ deteri
orē exitū ſimpliciter vel in aliq̄ caſu: vt pꝫ
xxij.q.iiij.c.ſi aliquid.Et ponit exēpluꝫ d
Dauid:qui iurauit occidere Nabal.j.Re
gū.xxv.Et glo.ibidē ponit aliud exēpluꝫ
vt ſi iuraui me peccaturuꝫ venialiter: tale
iuramentū adimplere nō debeo:qꝛ ſic ad/
deret̄ pctm̄ pctō:vt clarius pꝫ ibidē.c.dif
finitio in textu ⁊ glo. Et addit Tho.ſcdā
2ᵉ.q.lxxxix.ꝙ ſilr vergit in deteriorē exi/
tū quādo ē maioris boni ĩpedimentū:pu/
ta cū quis iurat ſe nō intraturū religioneꝫ
vel ꝙ nō fiet cleric⁹ ⁊ hmōi.Et in hoc caſu
peccat quidē iurādo:qꝛ ponit obijcere ſpi/
rituiſancto:nō tñ peccat iuramentū ſeruā
do:multo tamē meli⁹ facit nō ĩplendo: qꝛ
talia ſub iuramēto cadere nō pñt.Quarto
ſi ſit iuramētū p̄ſtitū de rebus alicui⁹ tertij
ſcꝫ alicuius ecclīe vel pſone ſcꝫ p̱ p̄latū de
rebus ecclīe:vt ex̄ de iuriur.c.ij.in textu ⁊
glo.Et hoc maxime verū ē ſi ſit p̄ſtitū con/
tra iuramentū p̄mū p̱ eū factū de nō alie/
nandis rebus eccleſie.Exemplū ſecūdi vt
ſi iuraui alicui dare filiā vel ſororē qḋ ē iu/
ramentū de re alicui⁹ tertij:⁊ de h̄ ſupra di
ctū ē.Quinto ſi p̄ſtitit iuramentum ꝯ ius
publicū auc̄tem ⁊ vtilitatē: vt pꝫ ex̄ de fo.
ꝯpe.c.ſi diligenti:vide ꝓceſſuꝫ.Sexto qñ
ē p̄ſtitū ꝯ primū iuramentū licitū:vt pꝫ ex̄
de iureiur.c.tua.⁊.c.intellecto:vbi pꝫ pla/
niſſime.Septimo quādo ius ꝯditōis ap/
poſite hoc ſuſtinet:vt.e.ti.c. queādmodū.
de ſpon.c.ſicut ex lrīs. Octauo qñ vrgen/
tiſſima neceſſitas h̄ inducit:⁊ ſupioris licē
tia haberi nō pōt:extra de obſer.ieiu. c.cō
ſilium.xj.q.iij.c.anteceſſoꝛ.⁊.c.qḋ prede/
ceſſoꝛ. Tertio queri pōt:vtrū iuramētuꝫ B
metu extortū ſit ſeruādū:p̄ſertim cū tales
a iuramenti nexib⁹ a romanis pontificib⁹
ſunt abſoluti:vt habet̄ extra de iureiu. c.
vex.in ea q̄ōne.Ad hoc reſpōdet ſanctus
Tho.ſcda 2ᵉ.q.lxxxix. ꝙ ĩ iurameton qḋ
quis coactus facit duplex eſt obligatio.
Vna quidem qua quis obligat̄ homī cui
aliq̄d ꝓmittit:⁊ talis obligatio p̱ coactio/
nē tollit̄ :qꝛ ille q̄ vī intulit hoc meretur:



vt ei ꝓmiſſū nō ſeruet̄.Alia vo ē obliga/
tio q̄ q̄s deo obligat̄ vt ĩpleat qḋ p̱ nomē
ei⁹ ꝓmiſit:⁊ talis obligatio nō tollit̄ ĩ fo/
ro ꝯſcīe:qꝛ magis dꝫ dānū tpale ſuſtinere
q̄ʒ iuramentū violare:pōt tñ repetere ĩ iu/
dicio qḋ ſoluit vel p̄lato denūciare nō ob/
ſtante ſi ꝯriūm iurauerit:qꝛ tale iuramētū
vgit in deteriorē exitū:eēt eñ ꝯ iuſticiam
publicā.Porro romāi pōtifices ab hmōi
iuramēto hoīes abſoluerūt:nō q̄ſi decernē
tes hmōi iuramēta nō eē obligatoria:ſ q̄ſi
hmōi obligatiōes ex iuſta cā relaxantes:⁊
iō talis ꝯuenire nō dꝫ iuramēto niſi fuerit
abſolut⁹ a papa:vt exp̄ſſe pꝫ ex̄ de elec.c.
venerabilem.§.penul.Oꝛ ſi nō pōt haberi
ſuperioꝛ: tunc iurans ꝯuenire pōt ĩminē/
te neceſſitate vrgentiſſima:de q̄ dictū ē ſu/
pra. Quarto q̄ri pōt:vtrū maioꝛ ſit obli
gatio voti vel iuramenti:p̄ſertim cū votuꝫ
ſit ſimplex ꝓmiſſio:ſed iuramētū ſupra ꝓ/
miſſionē adhibet diuinū teſtimoniū:ĩ cui⁹
argumētū ſicut debili⁹ ſolet p̱ forti⁹ cōfir/
mari:ſic votū interdū iuramento ꝯfirmat̄
Ad qḋ rn̄det ſanct⁹ Tho.vbi ſ. ꝙ vtraq̄ʒ
obligatio ſcꝫ voti ⁊ iuramēti cauſat̄ ex ali
quo diuino:tñ aliter ⁊ aliter:nā obligatio
voti cauſat̄ ex fidelitate quā deo debem⁹:
vt ſcꝫ ei ꝓmiſſum ſoluam⁹.Obligatio aūt
iuramenti cauſat̄ ex reuerentia quā debe/
mus ei:ex qua tenemur ꝙ verificemus id
qḋ per nomē ei⁹ ꝓmittim⁹.Oīs enim infi
delitas irreuerentiā cōtinet ſed nō cōuer/
titur.Videt̄ enim infidelitas ſubiecti ad
dominū eē maxima irreuerentia:⁊ iō vo/
tum ex ſua rōne magis ē obligatoriū q̄ʒ iu/
ramentū: nec voto adhibet̄ iuramentum
quaſi aliq̄d firmi⁹:ſed vt p̱ duas res ĩmo/
biles maioꝛ firmitas adhibeat̄. Oꝛ ſi q̄/
ritur:qñ ergo iuramētū ⁊ votū ſimplex ſi/
biinuicē ꝯriant̄:qḋ illoꝝ p̄ualebit ⁊ adim
pleri debebit.Rn̄det Hein.boyc:extra de
ſpon.ĩ.c.cōmiſſū.ꝙ ſi nō pōt vtrūq̄ʒ ſuari
tunc ſi ſit votū religiōis vel ꝯtinētie p̄fert̄
iuramēto:vt ſi q̄s iurauerit ſcribere libꝛuꝫ
⁊ poſtea religionē intret qḋ facere pōt: vt
pꝫ.lj.di.c.p̄terea in glo.vide ⁊ p̱ Inno.ex/
tra de ſer.nō ordi.in.c.j.vnde ſi q̄s primo
iurat nubere ⁊ vxorē ſuā carnaliter cogno
ſcere:⁊ poſtea emittit votū religiōis vl̄ cōt
tinentie debet violare iuramētū ⁊ obſerua
re votū.xvij.q.j.c.qui bona:⁊ ideo multo
magis ſi tale votum p̄cederet iuramētuꝫ:
vtpote vouens caſtitatem iurat inire ma/
trimonium:debet ſeruare votum:vt patet
extra qui cle.vel vo.Si vero votum nō ſit
religionis vel cōtinentie:ſed forte magne
pergrinationis vel alterius rei cōtrarie iu
ramento:tunc ſi iuramētū p̄cedit ſeruādū
ē.Si vo votū p̄cedit ſimiliter ſeruādū ē ꝙ
ſi p̄mū ē illicitū ſcdꝫ vo licitū: tūc p̄mū ñ ē
ſeruandū:extra de iureiu.c.ea te. Quin
to q̄ri poteſt:vtrū iuramētū factū p̱ deū ſit
magis obligatorium q̄ʒ factū p̱ euāgelium
vel ecōuerſo.Rn̄det Aſteñ.li.j.ti. xviij.ꝙ
qui iurat p̱ deū multū obligat̄:qui vo per
deum ⁊ euāgelium magis obligat̄:q̄ vero
his addit ſanctoꝝ reliquias mag̃ obliga/
tur:⁊ ſic creſcente ſolennitate creſcit obli/
gatio.Idem Ray.ꝙ ſi vnus iurat p̱ deum
⁊ alius p̱ euangelium:tūc Chryſ.dicere vi
detur ꝙ maius ē iurare p̱ deum. Vñ ꝯtra
q̄ſdā q̄ ꝯtrariuꝫ credebāt:dic̄:o ſtulti :ſcri
pture ꝓpter deū ſūt facte nō de⁹ ꝓpter ſcri
pturas.xxij.q.j.c.ſi aliq̄ cā fuerit modicuꝫ
videt̄ facere q̄ iurat p̱ deū. glo. q̄tum ad
vulgares:q̄ aūt per euāgeliū magis aliq̄d
videt̄ feciſſe:q̄bus dicendū ē:o ſtulti: ſcri
pture ꝓpter deū facte ſūt nō deus propter
ſcripturas.Glo.hic pꝫ ꝙ eque obligatur
q̄ iurat p̱ deuꝫ ſicut qui iurat p̱ euangeliū:
ſed ſi p̱ deū iuraret nō ſolenniter:p̱ euāge/
liū ſolēniter vel ecōuerſo:magis ē obliga/
tus quo ad ecclīam ſolenniter iurans:ſed
quātū ad deū equaliter: vt pꝫ extra q̄ cle.
vel vo.c.ruſus.Si obijcit̄ quāto ſanct⁹
ē p̱ qḋ iurat̄: tanto magis ē penale piuriū
ergo magis obligatoriū: vt eo.t.mouet.ſ
illud intelligo cū iurat̄ illicite: ⁊ habetur
reſpectus ad ſolā creaturā:hec glo. Et ſic
patet ꝙ quanto illud per quod iuratur eſt
ſanctius:tanto ceteris paribus iuramen/
tum magis obligat:quia ibi eſt maioꝛ con
temptus in periurio.Cum autē vnum iu/
ramentuꝫ ſit ſolenniter ⁊ alterum licet ma
gis non ſolenniter :tunc de trangreſſio/
ne iuramenti ſolennis:debet iniungi ma/
ioꝛ penitentia:eo ꝙ eſt ibi maius ſcandalū
⁊ maioꝛ contemptus:licet quo ad deū nō
magis obligant. Sexto queri pōt:vtrūꝫ
iuramentum obligat ad intentionem iurā
tis vel recipientis:poſito ꝙ non ſit vter/
q̄ʒ eadem intentio:ſed aliquando contra/
ria ſibiinuicem:cum conſtet ꝙ non poteſt
obligare ad duo preſertim oppoſita.Ad h̄
rn̄dꝫ ſāct⁹ Tho.ſcda.2ᵉ.q.lxxxix.ꝙ qñ nō
ē eadē ĩtentio iurātis ⁊ ei⁹ cui iurat̄. tūc
ſi h̄ ꝓuenit ex dolo iurāt̃ dꝫ iuramētū ſua
ri ſm ſanū ĩtellectū ei⁹ cui iuramentū pre/

ſtatur. Unde Iſido. dicit. Quacunqꝫ arte
verboꝝ ꝗs iuret: deus tñ qui ꝯſcie teſtis ē
ita hoc accipit: ſicut ille cui iurat̃ itelligit
⁊ ꝙ hoc intelligat̃ de iuramẽto doloſo pꝫ
ꝑ id qđ ſubdit̃. Dupliciter reus fit quia ⁊
nomē dei inuanũ aſſumit ⁊ ꝓximũ dolo ca
pit. xxij. q. v. c. ꝗ periurare parat᷒ eſt in fi.
Et ſic ſemꝑ accipi dꝫ iuramentũ ſm̃ inten/
tionē illius ꝗ nõ habet dolũ vel artem. Et
addit. xx. di. ꝙ hoc intelligi debet de dolo
malo: qꝛ ſi iuramentũ violenter extorquet
qđ alter ꝓſtare nõ tenet̃: tunc quidē extor
quēs peccat ⁊ alter ad eliminandũ illius
maliciã verbis duplicibus vtens: ⁊ intel/
ligens in alio ſenſu ꝙ̃ iuramentum extor/
quens: videt̃ nõ peccare ſm̃ eundē. Unde
xxij. q. v. §. ex his: videt̃ hoc idē innuere
put pꝫ intuenti. Qꝛ ſi iurãs dolũ nõ adhi
beat: tunc obligat̃ ſm̃ intentionē iurãtis.
vnde eo. ti. c. humane aures talia ꝟba ve/
ſtra iudicãt: q̃lia foris ſonãt: diuina vero
iudicia talia foris audiunt: q̃lia ex intimis
C ꝓferunt̃ ⁊c̃. vide ſi placet. Septimo q̃ri
põt: vtrũ hoies alicuiꝰ vniuerſitatis vl̃ ſo
cietatis iurãtes ſe aliq̃d facturos vel non
facturos: pñt ſibi mutuo iuramentũ remit
tere. Ad hoc rñdet Aſteñ. poſt Ray. ⁊. eo.
li. j. ti. xviij. ꝙ tale iuramentũ fieri põt q̃t/
tuor modis. Primo nanqꝫ fit aliqñ iura/
mentũ de his q̃ ꝑtinent ad cultũ dei vl̃ ad
religionē aut ad pietatē: ⁊ tunc nõ pñt ſibi
mutuo remittere: vt ſi iurant ꝙ ibũt vltra
mare militare deo: vel ꝙ religionē intra/
bunt: vel ꝙ dicent duo vel tria pſalteria ꝓ
inuicē: vel ſi aliqui mechanici vl̃ mercato
res iurant ꝙ de ſuo lucro certã portionem
dabũt in aliquos pios vſus: vel aliq̃d da/
bunt fabrice alicuius eccleſie. Si tñ iurãt
ꝙ vltra mare ſimul ibũt: ſibi mutuo remit
tere poſſunt ꝙ ſil̃ nõ eant: ſed nõ poſſũt re
mittere q̃n vadãt: qꝛ h̃ duo iuramẽta ſũt. ſ.
ꝙ ibunt ⁊ ꝙ ſimul. Secundo ꝟo fit mutu
um iuramẽtũ ad tꝑale comodũ: ⁊ ſi ſit tale
ꝙ abſqꝫ iuramẽto tenent̃ facere qđ iurant
tunc etiã ſibi remittere nõ pñt: qꝛ propter
ſalutē aiaꝝ videt̃ ſic iuratuꝫ: vt ſi carnifi/
ces iurẽt ꝙ carnes infectas vel corruptas
ꝓ ſanis nõ vendant: vl̃ mercatores ꝙ mer
ces ſuas nõ ſophiſticabũt: nec ꝓpter ter/
minũ carius vendãt: hec enim ⁊ ſilia iura
menta remittere ſibi mutuo non poſſunt.
Tertio põt ꝯtingere ꝙ iuramentũ ſit ſuꝑ
re tẽporali: ſed tali q̃dem ꝙ abſqꝫ iuramē/
to facere nõ tenebant̃ qđ iurant: ⁊ tunc ſi

obſeruantia iuramẽti ſpectat tñ ad como
dum vel incõmodũ iurantium tunc iura/
mentũ ſibi remittere pñt: vt ſi iuret aliq̃s
ꝙ faciet alteri librum vel domũ: ⁊ alter ꝙ
reddet ei mercedē: ſimiliter quãdo duo ſo
cij iurant de cõmunicando ſibiinuicē oĩa
lucra ſua. Si vero ſpectat ad comodũ alio
rum magis ꝙ̃ adiurantiũ: tunc iuramen/
tum remittere ſibi nõ poſſunt: vt ſi merca/
tores iurent ꝙ ꝓ mercibus. xx. ſolidorum
nõ accipient de lucro vltra vnũ ſolidũ: vl̃
artifices ꝙ nõ vendent opa niſi de mate/
ria ſic parata: vel ꝙ nõ trahent petias pan
ni vltra tantũ. Quarto põt fieri iuramen/
tum cõpromiſſoriũ qđ eēt alijs damnoſuꝫ:
⁊ tunc illud nõ eēt obligatoriũ: vt ſi ſuto/
res iurant ꝙ certo tꝑe nõ laborabũt: puta
de nocte de oꝑe artis ſue nõ facient: ⁊ hoc
iõ vt ꝓpter raritatē carius iuſto vendant
oꝑa ſua vel carnifices ꝙ nõ incident vl̃ ꝓ/
parabũt carnes vltra certũ numeꝝ: vl̃ alij
opifices ꝙ nõ oꝑabunt̃ ꝓ minori ꝓcio ꝙ̃
tali ⁊ hmõi q̃ nõ ſunt obligatoria: eo ꝙ ſũt
manifeſte pctĩ vel maioris boni ipedimē
tum: ⁊ ē pnĩa ꝓ eis iponenda. Idem tenet
Guil. Octauo q̃ri põt: qñ multitudo iurat
aliquid facere: vtrũ aliq̃bus ꝯtrauenienti
bus poſſint ⁊ alij ꝯuenire ꝟbi gratia. Ta
bernarij ſimul iurauerũt ꝙ vina nõ vẽdẽt
niſi ꝓcio indilate ſoluto. Rñdeo ſm̃ Guil.
ꝙ ſi abſolute ⁊ in omnē euentũ illud iura
tum ē tunc q̃libet ſeruare tenet̃. Si vero
iuratũ ē ſub conditione expſſa vel interꝓ/
tatiua: vel ob determiatã cãm: puta ſi alij
ſeruent vel ne ſolutiõe fraudent̃ ⁊ hmõi:
tunc nõ tenet̃ q̃s ſeruare nõ exiſtẽte condi
tiõe: vt pꝫ ex̃ de iuriur. c. ꝑuenit. ij. vbi ſub
dit. Nec tu ei etiã ſi ꝓmiſſũ tuũ fidei obli/
gatione vel iuramẽto interpoſita cõditõe
firmaſſes aliq̃tenus teneris ſi cõſtat eũ cõ
ditioni minime paruiſſe. Uñ ſi oĩs alij vl̃
plures nõ ſeruant: tunc in hoc caſu alij vi/
dent̃ abſoluti: dũmodo nõ reſpiciãt bonũ
diuinũ vl̃ ſpũale: nec ad hoc prius obliga
bant̃. Qꝛ ſi pauci ſunt q̃ ñ ſeruãt: tunc re
currẽdum ē ad intentionē iurantium. ſ. ꝙ
ſi intendebãt ꝙ quocunqꝫ nõ ſeruate ipſi
nõ tenerent̃: aut ſolũ ſi multi eēnt ꝙ nõ ſer
uarẽt. Nam ſm̃ intẽtionē iurantis explici
tã vel implicitã tenet obligatio: ꝙ ſi de in
tẽtione neſcit̃: tunc tutius ē ſeruare. De
niqꝫ q̃ri poteſt: vtrũ iuramẽtũ ſit appeten/
dum tanꝙ̃ vtile ⁊ bonũ: ꝓſertim cum dicit
Hiero. ſuꝑ Matth. ꝙ qui iurat veneratur



aut diligit eũ ꝑ quē iurat: ſ venerari ⁊ dili
gere deũ ē appetẽdũ. Ad hoc rñdet Tho.
ſcđa 2ᵉ. q. lxxxix. ꝙ id qđ non querit̃ niſi
ad ſubueniendũ alicui defectui: nõ nume/
rat̃ inter ea q̃ ſũt ꝑ ſe appetenda: ſ inter ea
q̃ ſunt neceſſaria: ſicut pꝫ de medicina que
q̃rit̃ ad ſubueniendũ infirmitati. Iuramē
tum aũt q̃rit̃ ad ſubueniendũ alicui defe/
ctui: quo ſcꝫ vnus hõ diſcredit alteri: ⁊ iõ
iuramentũ ē appetendũ nõ inter ea q̃ ſunt
ꝑ ſe appetenda: ſed inter ea que ſunt huic
vite neceſſaria q̃bus indebite vtit̃: q̃cũqꝫ
eis vtit̃ vltra terminos neceſſitatis. Unđ
Augꝰ. in ſermone dñi in monte: q̃ inquit i
telligit nõ in bonis. i. ꝑ ſe appetendis: ſed
in neceſſarijs iurationē habendã: refrenet
ſe quantũ põt: vt nõ ea vtat̃ niſi neceſſitas
cogat: alioq̃n dei ſui nomē iuanũ aſſumit:
qꝛ licet ille qui iurat vtit̃ veneratõe aut di
lectione eius ꝑ quē iurat: nõ tñ ordinat iu
ramentũ ad venerandũ aut diligendũ eũ:
ꝑ quē iurat: ſed ad aliud etiã plerũqꝫ vanũ
⁊ facinoroſum. Uñ eccl̃. xxiij. dicitur. Uir
multũ iurans replebit̃ iniquitate ⁊ nõ diſ
cedet a domo illiꝰ plaga: Et ſi fruſtrauerit
frẽm. i. deceperit: delictũ eius ſuꝑ ipꝫ erit:
et ſi diſſimulauerit q̃ſi ꝑ ſimulationē iurã
do falſum: delinquit duplicit̃: qꝛ ſcꝫ ſimu/
lata eq̃tas ē duplex iniq̃tas: ⁊ ſi inuacuꝫ
iurauerit. i. ſine debita cã ⁊ neceſſitate nõ
iuſtificabit̃: replebit̃ eñ retributiõe peſſi
ma domus illius: qđ a nobis auertat chri
ſtus ieſus. Ad laudem dei.

## De periurio quod fieri poteſt decem modis: Sermo III

n Non aſſumes no/
men dei tui inuanum. Exo. xx.
Uiſo vtcũqꝫ de iuramẽto: iam
ordine debito ꝓſequẽdũ ē de ꝑiurio: qđ ē
malũ: nõ tñ in ſe ſed etiã ſm̃ ſe: eo ꝙ nullo
modo bñ fieri põt: cuiꝰ rõ ē: qꝛ oĩs ꝑiurãs
ſumme veritati cõtumeliã facit dũ eaꝫ ad
ſuã cõfirmationē inducit ad qđ aſſumi nõ
deberet: ⁊ iõ qꝛ nõ tñ deordinat holem q̃
ad ꝓximũ ſ etiã quo ad deũ: iõ ſemꝑ nõ ſo
lũ malũ ſ etiã peſſimũ ē. Hic ꝓmo q̃ri põt
quot modis aſſumit̃ nomē dei inuanum:
male iurãdo vel ꝑiurãdo. Ad h̃ dicenduꝫ
ꝙ decē modis: put ex diuerſis colligi ꝓt.
A Primo mõ ex ſurreptiõe ⁊ fragilit̃ qñ ſcꝫ
iuramẽtũ ꝓfert ex ſurreptiõe: non delibe/
rãs de facto vel dicto ꝯfirmãdo: nec etiaꝫ

deliberãs đ iuramẽto: ⁊ ſic ꝑiurãs ſm̃ Ri
char. ſuꝑ. iiij. peccat tñ venialiter: niſi tal̃
indeliberatio veniret ex tã negligẽti con/
ſuetudine ꝙ illã deuincere nõ ꝓponeret:
ꝙ ſi deliberat đ dicto ſed nõ de iuramẽto:
ſic etiã põt ꝯtingere ꝙ hõ ꝓiuret ſine mor/
tali pctõ: tñ ē ad minꝰ veniale graue ⁊ vici
nũ mortali: ꝙ ſi deliberat de iuramento ⁊
nõ de dcõ tũc erit iuramẽtũ indiſcretũ: de
q̃ videbit̃ poſtea. Rationē aũt hoꝝ proſeq̃
tur Richar. dicẽs: ꝙ id qđ ex ſurreptione
ꝓcedit nõ ē ꝑfecte volũtariũ. Ad h̃ aũt ꝙ
q̃s mortaliter peccet requirit̃ ꝙ pctm̃ ple
ne ſit volũtariũ directe vl̃ interꝓtatiue qđ
dico ꝓpter illũ q̃ cũ deliberare poſſet deli
berare ꝯtẽnit: ſi ex tali ꝯtemptu ꝑiurat ex
ſurreptione videt̃ multis ꝙ nõ excuſatur
a mortali: ex negligentia omittẽs ſe delibe
rare. Secũdo mõ vane ⁊ inutiliter qñ. ſ.
q̃s ⁊ ſi iurat qđ licitũ eſt: tñ abſqꝫ nccĩtate
ꝯſuetudine deprauata: nõ curãs illã ꝯſue/
tudinē dediſcere: ſicut in quotidianis iu/
ramẽtis ex q̃dã mala ꝯſuetudine iurat: vt
ꝑ deũ ibo cras ad eccl̃iam vel aliud ſil̃e: vl̃
cũ hmõi iuramẽta fiũt ioco: in talibꝰ enim
q̃ iurat large loquẽdo ꝑiurare đr: qꝛ deeſt
iudiciũ diſcretiõis: ⁊ ꝯmittit ſe periculo ꝑ
iurandi: vñ. xxij. q. iiij. c. q̃ ſacro: ponitur
hmõi pnĩa ⁊ iudicat̃ mortale tãqꝫ ꝑiuriũ:
vt pꝫ in tex. ⁊ glo. Hinc đr Eccl̃. xxiij. Uir
qui multũ iurat replebit̃ iniq̃tate: ⁊ nõ diſ
cedet a domo eiꝰ plaga. Et h̃ maxĩe ē mor/
tale cũ ex ignauia q̃s non curat deponere
cõſuetudinē illã. Tertio mõ coacte ⁊ vio
lenter. Ad cuiꝰ euidentiã q̃ri põt: vtrum
q̃s ꝑiurãs neceſſitate cõpulſus excuſat̃ a
pctõ. Rñdet Aſten. poſt petrũ. li. j. ti. xix.
ꝙ duplex ē neceſſitas: quedã ē neceſſitas
nature q̃ legē nõ hꝫ: ⁊ hec excuſare põt nõ
ſolũ a tanto ſed etiã a toto: vt pꝫ de ꝯſe. di.
j. c. ſicut. ex̃ de ꝯſue. c. quãto: ⁊ ex̃ de iuriu.
c. q̃relam. in textu ⁊ glo. Scđa ꝟo neceſſi/
tas ē coactionis q̃ nõ excuſat a toto in his
q̃ ſm̃ ſe ſunt mala ſ a tanto: qꝛ volũtas ſuf
ficienter cogi nõ põt. Nã prima coactio eſt
abſoluta q̃ cadit in corꝑe nõ in aĩa: actus
aũt oĩno corꝑales pñt ꝑ coactionē excuſa/
ri totaliter a pctõ: cadere etiã põt coactio i
aĩa: ⁊ iõ actus aĩe ſoliꝰ vel mediãte inſtrõ
corporeo excuſari pñt a tãto ſ nõ a toto: cu
iuſmõi actꝰ ſũt mẽdaciũ ⁊ ꝑiuriũ: ⁊ iõ ꝑ co
actionē excuſari pñt a tãto nõ a toto: vt pꝫ
ex̃ de his q̃ vi metuſue cã fi. c. ſacris. vbi
ſubdit: lꝫ metꝰ culpã attenuet: tñ eam non

ꝓꝛſus excludit:cū ꝓ nullo metu debeat ꝗs
pctm̄ moꝛtale īcurrere. Ꝙ ſi obijcit͛ illō ex͛
ꝺ iuꝛiu.c.veꝝ:vbi dꝛ ꝙ illi ꝗ veniūt ꝯ iura
mentū vi vel metū ꝑſtitū ꝓ vita ⁊ rebꝰ ſer
uandis nō ſūt ꝓ hoc puniēdi tāꝗ̄ ꝓ crimi
ne moꝛtali. Dicēdū ſm̄ Tho. ⁊ Richar. ꝙ
ꝫ idō dꝛ nō qꝛ nō peccāt moꝛtaliter :ꝫ qꝛ pu
niendi ſūt pena minoꝛi. Uel ſm̄ Richar. il/
uld intelligit͛ in iudicio foꝛi. vñ concludit
Tho. ſcd̄a 2ᵉ.q.xcviij:ꝙ coactio nō aufert
iuramēto ꝓmiſſoꝛio vĺ obligādi reſpectu
eiꝰ qđ licite fieri pōt:⁊ idō ſi ꝗs non implet
qđ coactus iurauit: ꝑiuriū incurrit ⁊ moꝛ
taliter peccat:pōt tñ auctē ſūmi pōtific͛ ab
obligatiōe iuramēti abſolui: ꝑſertim ſi co
actus fuerit tali metu ꝗ cadit in ꝯſtantem
virū. Ꝙ ſi ꝗrit͛ ſi in iuramēto ꝓmiſſoꝛio
ꝗs īpedit͛ ad ꝑficiendū:vtrū peccat moꝛ/
taliter. Rñ. ſm̄ Ray. ꝙ ſi tunc qñ iurabat
credebat ꝙ adīplere nō poſſet:vĺ fatue cre
debat ꝙ adīplere poſſet:qꝛ cām credendi
nō hēbat:tūc in vtroqꝫ caſu ꝑiurat ⁊ moꝛ/
taliter peccat:qꝛ in ꝑmo v͛itas in conſcīa
deerat:in ſecūdo iudiciū diſcretionis. Si
vero ꝓbabilit͛ credebat ꝙ adīplere poſſet
⁊ ſi poſtea poſſe ſuū fecit:tunc ꝗ̄tū ad hoc
nō ꝑiurauit nec ē ꝑiurus. Quarto teme
rarie ⁊ execrabiliter. Temerarie aūt ꝑiu
rat cū ꝗs iurat ſe aliꝗd factuꝝ vel dicturū
illicitū vel inhoneſtū:aut ſe nō intraturū
religionē:vel alia ꝗcunqꝫ oꝑa virtuoſa nō
facturū:talis em̄ ſm̄ Tho ſcd̄a 2ᵉ.q. xcvj.
iurando ſtatim ip̄o facto incurrit ꝑiurium
ꝗ̄tū ad primū ꝓpter defectū iuſticie: ꝙ ſi n̄
īplet qđ iurauit in hoc ꝑiuriū nō incurrit:
qꝛ ꝫ nō erat tale ꝗđ qđ ſub iuramēto cadere
poſſet. Quātū etiā ad ſecūdū incurrit ꝑiu
riū ꝓpter defectum iudicij:⁊ idō qñ facit id
qđ meliꝰ ē nō ē ꝑiuriū:ꝫ ꝑiurio ꝯriū:ꝯriuꝫ
em̄ eiꝰ qđ facit ſub iuramēto cadere nō po
terat. Hinc habet͛. xxij.q.iiij.c.ſi publicis
ſacroꝝ geſtis.glo.i.ſacramētis publice fa/
ctis (qđ deꝰ auertat a ꝗbuſlibet) illicita vĺ
nō bona fuiſſet ꝯditio allegata ꝗ aut iugu
lare aīaꝫ.i.vitā p̄ris:aut gerere cōpelleret
ſtuꝑū ſacratiſſime virginis:nūꝗđ nō tole
rabiliꝰ eēt ſtulte ꝓmiſſiōis votū reſtrīgē ꝗ̄
ꝑ inutiliū ꝓmiſſoꝝ cuſtodiā hoꝛrendā cri/
minū implere menſurā:glo. ibidē. Nō pec
cat trāſgrediēdo iuramētū illicitū: ꝫ tunc
peccauit qñ iurauit. Et ibidē.c. vnuſꝗſqꝫ.
vbi ſubdit͛: nihil ꝓmittit inhoneſtuꝫ :aut
ſi ꝓmittit tolerabilius ē ꝓmiſſuꝫ nō facere
ꝗ̄ facere qđ turpe ē.glo. ibidē. Nō ſolū er
go iuramētū rei illicite nō ē ſeruandū:ſed
nec etiā inhoneſte:imo ſi tendat ad inho/
neſtatē qñqꝫ nō eſt ſeruādū:licet poſſet ſer
uari ſine interitu ſalut͛ eterne:vt exempli/
ficat ex͛ de iuriur.c.quēadmodū. Execra
bilit͛ ꝗs iurat cū iurat ꝑ inteſtina dei vĺ ꝑ
pulmonē ⁊ hmōi ꝫ eī iuramēta quātūcūqꝫ
ſint vera qꝛ tñ ſanant in dei blaſphemiaꝫ:
eo ꝙ deo aliquid aſcribit͛ qđ ſue dignitati
nō ꝯuenit:idō enoꝛmiter iurans peccat. Di
citur etiā execrabiliter iurare ꝗ iurat irre/
uerēter ſine cā.ſ.per ꝗnqꝫ vulnera chꝛiſti:
qꝛ magna ē irreuerentia dñi: ꝑcioſa vulne
ra inuanū aſſumere vnde nobis tota ſalus
effluxit:⁊ idō cū deliberatōe taliter iurās a
moꝛtali nō excuſat͛: ꝓpter qđ etiā talia iu/
ramenta in aliꝗbus terris ſic ſūt reſtricta
ꝙ ꝗcunqꝫ in talibꝰ offendit aurē vĺ digitū
vel aliqñ linguā ꝑdit. Quinto mō indi
ſcrete ⁊ ꝑcipitanter: cū.ſ. ꝗs iurat de ꝗ ta/
mē dubitat an verū ſit an non:⁊ hoc ſi fiat
ex deliberatiōe ⁊ ꝓpoſito: tūc em̄ ē ꝑiuriū
i. moꝛtale pctm̄: ⁊ maxīe qñ ē ſolennizatū:
qꝛ deficit ibidē iudiciū diſcretiōis ꝑiurij:
periculo ſe exponēs ꝙ ſi iocoſe faceret:tūc
dicit Tho. ſcd̄a 2ᵉ.q.xcviij. ꝙ ille qui ioco
ſe ꝑiurat nō euitat diuinā irreuerentiaꝫ: ꝫ
ꝗ̄tū ad aliꝗđ magis auget ⁊ idō nō excuſa/
tur a moꝛtali. Ex hoc videt͛ ꝙ ꝗ in ioco ſe
exponit ꝑiurij periculo : grauiter peccat ⁊
ē moꝛtale vel moꝛtali vicinū:nullus enim
dꝫ iurare niſi firmiter ſciat qđ verū eſt:⁊ ſi
tm̄ credit nō debet iurare de ſcientia ꝫ tm̄
de credulitate:nec ꝗs vilipendat ꝙ ꝗs ꝑ
viles creaturas periurat:qꝛ dꝛ. xxij.q.v.c.
ecce dico charitati vr̄e:qui ⁊ ꝑ lapidem iu
rat falſum:ꝑiurus ē:vñ hoc dico qꝛ mult͛
in hoc fallunt͛ ⁊ putāt qꝛ nihil ē qđ iurant
nō ſe crimine ꝑiurij teneri. Pꝛoꝛſus ꝑiu
rus ē ꝗ per id qđ ſanctū nō putat falſū iu/
rat ⁊c̄. imo plus audeo dicere ſi ꝑ demoīa
ꝗs iurauerit obligat͛ ad perficiendū: ꝙ ſi
falſum iurauerit:ꝑiurus iudicat͛: vñ. xxij.
q.j.c. monet te vtrū eius fide vtendū ſit ꝗ
vt eā ſeruet ꝑ demonia iurauerit: vbi te vo
lo prius ꝯſiderare: vtrū ſi quiſpiā ꝑ deos
falſos iurauerit ſe fidem ſeruatuꝝ:⁊ eā nō
ſeruauerit nō tibi videt͛ hunc bis peccaſſe.
Si em̄ tali iuratione ꝓmiſſā ſeruauerit fi/
dem: idō tm̄ peccaſſe iudicaret͛ :qꝛ per deos
falſos iurauerit:illud aūt nemo reꝑhēde/
ret quia fidem ſeruauit: nunc v͛o qꝛ iura/
uit ꝑ quos nō debuerit:⁊ ꝯtra pollicitam
fidē fecerit qđ nō debuit bis vtiqꝫ peccauit
⁊c̄. Et ſubdit: verūtamē ſine vlla dubitati
one minꝰ malū ē ꝑ falſos deos iurare vera



citer ꝗ̄ ꝑ deū verū fallaciter. hoc ibi. Unđ
qui veꝝ iurat ꝑ falſos deos ꝑiuriū quip/
pe cōmittit large loquendo: qꝛ dic̄ ibidem
glo. ꝙ ꝑiuriū cōmittit ꝗ ꝑ falſos deos veꝝ
iurat: quia ꝑiuriū ē temerariū iuramētuꝫ:
ꝙ ſi ꝑ falſos deos falſum iurat duplex per
iurium incurrit. Sexto mō falſe ꝫ igno/
ranter. ſ. cū quis iurando loquit͛ falſū ſine
tñ intentione fallēdi: qꝛ ip̄e fallit͛ ⁊ credit
verū dicere qđ ꝑiuriū ſi ignoꝛāter fuerit fa
ctum adhibita om̄i diligētia: tūc nullū in
ducit pctm̄: vt pꝫ. xxij.q.ij.c. beatꝰ paulus
Et ſubdit. ille falſuꝫ iurando mentit͛: qui
ſcit falſum eē qđ iurat. Eſt mendacium vt
Augꝰ. dicit. Falſa ſignificatio vocis cū in
tentione fallendi: ſed cū fallere ſemper ſit
voluntatis: falli aūt vĺ infirmitatis vĺ te/
meritatis: grauiuſqꝫ ſit qđ ex voluntate ꝗ̄
qđ ex infirmitate vĺ temeritate ꝓcedit: ali
quādo ꝯtingit falli vel nullū vĺ minimuꝫ
eſſe pctm̄: hoc ibi. Ꝙ ſi non adhibuit oēm
diligentiā vſquequaqꝫ: tūc ignoꝛanter fal
ſum iurans peccat venialiter: de quo tan/
git͛. xxv. di.c. vnū erarium. in fi. Et addit
Ray. ꝙ ſi falſa iuratio ꝯtingit ex ignoꝛan/
tia iuris vel facti craſſa vel ſupina: tunc eſt
moꝛtale pctm̄: vt dꝛ. xxij.q.v.c. ꝗ periurare
ꝑatus ē anteꝗ̄ ꝑiurat iā periurus videt͛:
qꝛ deus nō ex operibus iudicat ſed ex co/
gitatiōibus ⁊ ex coꝛde. Septimo mō fal/
ſe vĺ fallaciter iurādo: nō falſe iurat qui iu
rat falſum ſcienter cū intētiōe fallēdi. Ille
v͛o fallacit͛ iurat: ꝗ ignoꝛanter verū iurat
cū intentiōe fallendi. De his duobꝰ habet͛
xxij.q.ij.c. hoīes falſū iurant. vbi ſubdit͛.
Da aliū qđ ſcit falſum eē ⁊ dic̄ verū eſſe: ⁊
iurat tanꝗ̄ verū ſit ꝙ ſcit falſū eē videtis:
qm̄ iſta deteſtāda ſit belua ⁊ de rebus hu/
manis extermināda: ꝗs em̄ fieri velit: oēs
hoīes deteſtant͛ talia. Fac aliū: putat eſſe
falſum ⁊ iurat tanꝗ̄ verū ſit foꝛte verū ē:
verbi grā vt intelligatis. Pluit in illo lo/
co interrogas hoīem ⁊ dic̄ pluiſſe: ⁊ ad ne/
gociū eiꝰ cōpetit vt dicat pluiſſe ꝫ putat nō
pluiſſe: ꝑiurus ē. Intereſt quēadmodum
nō hñ procedat ex aīo: ream linguā nō fac̄
niſi rea mens: ⁊.c. ſequēti: vbi ſubdit: quā
tum in ip̄o eſt ille mentit͛ qui dicit verum
qđ putat eē falſum: ꝗ̄tū em̄ ad animū eius
attinet: qꝛ nō qđ ſentit hoc dicit: nō veruꝫ
dicit ꝗ̄uis inueniat͛ verū eſſe qđ dicit: nec
vllo modo liber ē a mendacio: ꝗ oꝛe neſci/
ens veꝝ loquit͛: ſciens aūt voluntate menti
tur. hoc ibi. Poꝛro licet vtrūqꝫ iuramētū
ſit moꝛtale peccatū: tñ qui ſcđm facit. i. qui
verū dicit qđ putat falſū eē ⁊ veꝝ ē: ille tñ
ex animo peccat. Qui v͛o primū facit iu/
rans verū eē qđ putat falſū eē: ⁊ falſum ē:
ſicut plurimū contingit in ludis aleatoꝛū:
⁊ in ꝯtractibus mercatoꝛū qui fraudulen/
ter decipiunt iurando rem ſuam eē melio/
rem ꝗ̄ ſit. vĺ ꝙ plus illi cōſtiterat ꝗ̄ fecerit
hi ex omni ꝑte falſum iurant ⁊ grauiſſime
peccant. Octauo publice ⁊ ſolennit͛: nā
publice iurat qui conſuetudinarie ⁊ publi
ce in tabernis ⁊ alijs ſocietatibꝰ iuramēta
frequētat: nō ſolū ſimplicit͛ ſed etiā irreue
renter ⁊ execrabiliter. De quo legit͛ in ge/
ſtis francoꝝ. ꝙ Philippꝰ rex frācoꝝ ludo
uici regis filius iuramenta que ab aleato/
ribus ⁊ mimis frequēter in curijs vĺ in ta/
bernis enoꝛmiter fieri ſolent: intantuꝫ ab/
hoꝛruit: ꝙ quando foꝛtuitu miles vel aliꝰ
quilibet ludens eo pꝛeſente iurabat: ſtatī
illum in flumen vel in lacum aliqueꝫ ꝓijci
faciebat. Et tale edictum firmiſſime ſerua/
ri fecit: ⁊ in poſteris iuſſit. Poꝛro ſolenni
ter iurat quādo periuriū in iudicio ſolen/
nizatur: ⁊ hoc ē grauiſſimū peccatū vt lati
us patebit in ſermone ſequēti: vnde ꝑ tres
digitos quos ponit ſupꝛa ſanctos: ſignat͛
ꝙ coꝛpus ⁊ animā ⁊ res ſiue famam dat in
poteſtatem diaboli. Nono exigens dam
nabilit͛. ſ. ab alio de quo ꝗrit doctoꝛ ſanctꝰ
ſcd̄a 2ᵉ.q.xcviij. Utrū exigens ab alio iu/
ramentū peccet: pꝛeſertim cum ille qui iu/
ramentum iniungit alteri: aut ſcit aliū iu/
rare verum vel falſum: ſi ſcit eum verū iu/
rare: pꝛo nihilo iuramentū ei iniungit. Si
vero credit eum falſum iurare: tūc quātuꝫ
eſt in ſe: inducit alium ad peccandū: ergo
videtur ꝙ peccat iuramentuꝫ exigēs. Ad
hoc reſpondet ibidem: ꝙ circa eum ꝗ exi/
git ab alio iuramentū videtur diſtinguen/
dum: aut enim exigit iuramentuꝫ a ſeipſo
pꝛopꝛia ſponte aut pꝛo alijs ex officij ſui ne
ceſſitate: ſi tanꝗ̄ perſona pꝛiuata pꝛo ſeip̄o
exigit iuramentum: ⁊ neſcit eum iuraturū
falſum: ⁊ ideo dicit iura mihi ſcꝫ vt fides
ei ſit: tunc non eſt peccatum: eſt tamen hu/
mana temptatio: quia pꝛocedit ex quadaꝫ
infirmitate ꝗ̄ aliū dubitat eē dicturum ve
rum: de quo malo dñs dicit Matt. v. Qđ
ampliꝰ ē a malo ē: ꝙ ſi ſcit eum feciſſe ꝯriū
eius qđ iurat: ⁊ cogit eū iurare: homicida
ē: qꝛ iurans de ſuo periurio ſe interimit ꝗ/
dem: ꝫ iſte manꝰ interficiētis ip̄ſit: imo ho
micidā vincit: vt pꝫ. xxij.q.v. vbi dꝛ.c. ille

qui ꝓuocat hoīem ad iurationē: ⁊ ſcit euꝫ
falſū iuraturū eē vincit homicidā: qꝛ ho/
micida corpus occiſur⁹ ē iſte aīam: īmo du
as aīas ⁊ ei⁹ quē iurare cogit ⁊ ſuam: ſcis
veꝝ eē qđ dicis: ⁊ falſū eē qđ ille dicit ⁊ iu
rare cōpellis: ecce iurat: ecce piurat: tu q̄d
inueniſti q̄ de illi⁹ morte ſaciari voluiſti.
Si ṽo ꝑ alio iuramētū exigit tāq̄ pſona
publica: ſm q̄ exigit ordo iuris ad petitio
nem alterius: tunc nō videt̃ eē in culpa: li
cet ſciat alterū iurare verū vel falſū: qꝛ nō
videt̃ ip̄e exigere: ſꝫ ille ad cui⁹ inſtantiā
exigit. Ex his ḡ pꝫ q̄ tā cogens q̄ falſum
iurās ambo ſunt piuri: vt etiā pꝫ .xxij. q.
v. c. q̄ cōpulſus a dn̄o ſcꝫ ſuo ſciens piurat
vtriq̄ ſūt piuri ⁊ dn̄s ⁊ miles: domin⁹ quia
precipit: miles qꝛ plus dominū q̄ animaꝫ
dilexit: glo. in atrocib⁹ eñ nō dꝫ aliq̄s pa/
rere domino ſuo. Unde refert beat⁹ Aug⁹
in ſermone de decollatiōe btī iohānis. de
quodā qui ꝓuocauit aliū ad piurandū: q̄
nocte ſequēti in viſione fuit adduct⁹ ad iu
dicē excelſum ⁊ admirabilē: a q̄ dum inter
rogaret̃ quare ꝓuocaſſet hoīem ad piura
tionē: ſtatiꝫ rn̄dit: qꝛ negauit mihi rē meā
Cui iudex. Nōne melius rē tuā perderes:
q̄ aīam hoīs illius falſa piuratione pime
res: et ille ꝓſtrat⁹ ē ac iuſſus ē cedi: ⁊ ceſus
ē tā grauiter vt in eius dorſo euigilāti ve/
ſtigia plagaꝝ apparerēt: dictū ē ei decete/
ro caueas ne ſic facias. Ceterū iudex ſci/
ens aliquē iurare falſum: nō debet iudica
re ſm iurata: ſꝫ oēm cautelam adhibere vt
falſitas manifeſtet̃: ⁊ ī ſuo ſcelere puniat̃.
Sicut legit̃ de quodā iudice q̄ agebat cau
ſam inter duos qui reū minime ignorans:
ambos ad altare duxit: ⁊ reū iuramēto ſe
purgare coegit: rogans apl̄m petrū vt ali
quo iudicio ṽitatē oñderet. Cū ergo reus
iuraſſet ⁊ nihil mali paſſus fuiſſꝫ iudex ei⁹
malicie ꝯſcius exclamauit. Senior iſte pe/
trus: aut nimis miſericors eſt: aut iuniori
defert: eam⁹ ad pancratiū iuuenē. Cum ḡ
reus ſup tumulū pancratij iurare preſum/
pſiſſet: manū inde retrahere nō potuit: ſed
ibidē p⁹ modicū pre dolore expirauit. Uñ
vſq̄ hodie in pleriſq̄ locis obſeruat̃: vt ſu
per reliquias btī pancratij iuramētū fiat.
Et Salomon rex mulieribus ꝓ puero co/
rā eo cōtendentib⁹ nō credidit: ſed ſubtile
iudiciū inijt: ⁊ circūuentiōe ream inuenit.
Sic Daniel ſenes iudices inueteratos die
rū maloꝝ diuidēs ab alterutro examinati
one ſubtili cōuicit. Sic diligite iuſticiā qui
iudicatis terrā ⁊ diligenter inueſtigate vt
rectū iudiciū ꝓferatis: erui te vi oppꝰſſum
de manu calūniantis: qđ elegātiſſime iob
ꝓſecut⁹ ē cū dicit. xxix. Auris audiēs bea
tificabat me: ⁊ oculus videns teſtimoniū
reddebat mihi: eo q̄ liberaſſeꝫ pauperem
vociferantē ⁊ pupillū cui nō eēt adiutor be
nedictio perituri ſup me veniebat ⁊ cor vi/
due cōſolatus ſū: iuſticia veſtit⁹ ſū: ⁊ indu
it me ſicut veſtimēto: ⁊ diademate iudicio
meo. Oculus fui ceco ⁊ pes claudo: pater
erā pauperꝝ ⁊ cām quā neſciebā diligētiſſi
me inueſtigabā: ꝯterebā molas iniqui: et
de dentib⁹ illius auferebā p̄dam ⁊c̄. De
cimo tranſgrediēs mēdaciter ſicut dicitur
piuriū tranſgreſſio iuramēti vel in re vel ī
intentione. Pro q̄ ſciendū: q̄ faciēs iura/
mentū aliqđ ꝓmiſſoriū: ſi iurās volūtatē
habet vel intentionē nō pficiendi qđ iurat
piurus ē: licet etiā poſtea pficiat: qꝛ ſic mē
tiri ē ꝯ mentē ire. i. loqui: ſic piurare ē ꝯtra
mentē iurare: ⁊ hoc pꝫ. xxij. q. ij. c. iuramē/
ti. Huius cā ē qꝛ oīs qui iurat: ad h̄ iurat
vt qđ veꝝ ē loquat̃: ⁊ iō dn̄s inter iuramē
tū ⁊ loquelā nr̄am nullā vult eē diſtātiā:
qꝛ ſicut in iuramēto nullā ꝯuenit eē perfi/
diā: ita quoq̄ in verbis nr̄is nulluꝫ decet
eſſe mendaciū: qꝛ vtrūq̄ periuriū ⁊ men/
daciū diuini iudicij pena damnat̃: h̄ ibi.
Si ṽo intēdit quidem qđ iurat: ſꝫ tñ poſſe
perficere nō ſperat: vel temerarie ſperat:
tunc etiā piurus ē: vt pꝫ ſupra. Nō ſi intē
dit ⁊ pōt pficere: tūc quidē nō periurat: ſi
tñ poſtea ab illa intentiōe declinat ⁊ nō p/
ficit periurus efficit̃: ſi deniq̄ poſtea volēſ
pficere factus ē impotens: tūc a piurio ne/
ceſſitas illū excuſat donec iteꝝ potēs fiat.

## De periurij grauitate ⁊ ei⁹ peni tentia in iure taxata: Ser. IIII

Non aſſumes no/
men dei tui inuanū. Exod. xx.
Jam ordine debito piurij gra/
uitatē ⁊ penā vel penitentiā in iure taxatā
ꝓſequi cupientes. Prīo p̄mitti delectat
occaſione eoꝝ que dicta ſunt ī p̄cedentib⁹
q̄ ꝯditiones intelligunt̃ in iuramēto fide/
litatis qđ preſtat̃ dn̄is terraꝝ ⁊ alijs ſupe/
rioribus. Ad hoc reſpondet Philibertus
epiſcopus ⁊ ponit̃. xxij. q. v. c. de forma fi/
delitatis aliquid ſcribere monit⁹: hec vo/
bis que ſequunt̃ breuiter ex librorum au/
ctoritate notaui. Qui dn̄o ſuo fidelitatem
iurat: iſta ſex ſemp in memoria habere de/
bet: incolume: tutū: honeſtū: vtile: facile:
poſſibile. Primū ē incolume: ne ſit dānuꝫ
dn̄o ſuo de corpore ſuo. Scdm eſt tutū: ne
ſit ei in damno de ſecreto ſuo: ⁊ de muniti/
onibus p q̄s tutus eſſe debet. Tertiū ē ho
neſtū: ne ſit ei in damnū de iuſticia ſua ⁊ đ
alijs cauſis q̄ ad eius honeſtatē pertinere
videnẗ. Quartū eſt vtile: ne ſit ei ī dānuꝫ
de ſuis poſſeſſiōib⁹. Quintū eſt facile: ne
illud bonū qđ dn̄s eius leuiter facere po/
tuerit faciat ei difficile. Sextū ē poſſibile:
ne qđ erat poſſibile reddat ei impoſſibile.
Ut fidelis hec documēta caueat iuſtū eſt:
ſꝫ qꝛ non ſufficit abſtinere a malo niſi etiaꝫ
fiat qđ bonū ē: reſtat vt in eiſdē ſex ſupra/
dictis: cōſilium ⁊ auxiliū dn̄o ſuo fidelis
p̄ſtet: ſi bn̄ficio dign⁹ videri vult: ⁊ ſalu⁹
eſſe de fidelitate quā iurauit: dn̄s q̄ꝫ fide/
li ſuo in oībus his vicem reddere debet:
qđ ſi nō fecerit: merito cenſebit̃ malefid⁹:
ſic ille qui in eoꝝ p̄uaricatione faciēdo vl̄
ꝯſentiendo dep̄henſus fuerit pfidus ⁊ p/
iurus: hoc ibi: vide declaratiōeꝫ glo. Hoc
iuramentū p̄ſtant archiep̄i romanis pōti/
ficib⁹: vt pꝫ ex̄ de iureiur. c. ego: ⁊ ſubdi/
ti ſuis ep̄is. xxiij. di. c. q̄ꝙ: ⁊ imperator pa
pe. lxiij. diſ. c. tibi dn̄o. Secūdo q̄ri pōt:
vtrū ſubmittētes p iuramentū capitulo vl̄
collegio: ꝓmittentes ſe ſuare ſtatutū: ob/
ligant̃ ad oīa ſtatuta: ⁊ ſimiliter alij offi
cium aliqđ ſuſcipiētes q̄ iurāt ſtatuta ip̄o
rum locoꝝ obſeruare teneant̃. Ad hoc re/
ſpondet Jo. an. in. c. cōtingit: de iureiur.
li. vj. in glo. fi. vbi in textu Nicola⁹. iij. hec
duo tangit dicēs: ꝯtigit in nōnullis eccle/
ſijs de eaꝝ cōſuetudine obſuari: q̄ ip̄aꝝ p̄
lati cum primo ad eccl̄iam accedunt: vl̄ cū
de recipiendis ibideꝫ nouis canonicꝭ agi
tur: nec p̄lati admittunt̃ nec canonici aliẗ
recipiunt̃ in ip̄is: niſi iurent ſtatuta ⁊ con
ſuetudines ip̄aꝝ eccleſiaꝝ ſcripta ⁊ nō ſcri
pta iuiolabiliter obſeruare: inter laicos
etiā in multis ciuitatib⁹ caſtris ⁊ terris in
ſuis poteſtatib⁹ rectorib⁹ vel officialib⁹ aſ/
ſumendis cōſuetudinis morbus irrepſit:
q̄ poteſtates rectoreſ ⁊ officiales hmōi ad
poteſtarias vel rectorias ⁊ officia eadem:
niſi prius ſuaturos ſe ſtatuta ip̄oꝝ locoꝝ
clauſa iurauerint: nullaten⁹ admittūtur.
Jo. an. rn̄det ibidem breuiter textū cōpre
hendens: q̄ aut quis iurat exp̄ſſe ſtatuta
illicita impoſſibilia ⁊ inhoneſta: tunc ip̄o
iure largo modo piurus eſt: vt ſ. e. ti. c. ſi/
cut noſtris. Aut generaliter iurat ſeruare
ꝯſuetudines ⁊ ſtatuta: ⁊ tūc ſubdiſtīgue:
aut ſciebat ibi eſſe illicita ſtatuta ⁊ ad illa
obligatuꝝ in mēte ſe ſuare gerebat: ⁊ tūc
idem qđ ſupra: aut neſciebat nec in mente
gerebat illud: ⁊ tunc non peccauit: ⁊ ſolū
ad licita obligatus eſt: vt hic in textu: et ī
p̄dictis iuribus. Et nota q̄ nullū iuramē/
tū quocūq̄ modo p̄ſtitū obligare poteſt:
niſi ad licita poſſibilia ⁊ libertati eccl̄ie nō
obuiantia: vt patꝫ hic in textu. Quib⁹
incidenter p̄miſſis duo ſunt p ordinem ꝓ
ſequenda. Primuꝫ eſt de grauitate piurij
de quo primo q̄ri poteſt. Utrū piurium ſit
maius peccatū q̄ adulteriū: ⁊ videt̃ q̄ nō
quia difficilius eſt obſeruare p̄ceptum de
non piurando q̄ p̄ceptum de nō adulterā
do: cuꝫ nullus homo poſſit domare liguā
ſuam: vt dicit Jacob⁹ ī canonica. Minus
autē videt̃ eſſe trāſgredi id qđ eſt difficili
us ad obſeruandū: q̄ id qđ eſt facili⁹. Re
ſpōdet Fran. de zab. in cle. vna. de iuriur.
q̄ crimina non habēt certā periodū. i. mē
ſuram: ſed variant̃ p circūſtantias: vt pꝫ
extra de ſen. ex. c. cum volūtate: de iuriur.
c. cum q̄dam: tñ ceteris parib⁹ dicendū eſt
abſolute: q̄ piurium eſt maius adulterio:
qꝛ magis reſiſtit deo ⁊ charitati: ⁊ quia p/
ſonam cui iniuriat̃ q̄s: inquātū ē maior:
tāto maior iniuria reputat̃: inſtit̃. de iure/
iur̃. §. atrox: ⁊ extra de ſen. ex. c. cū volūta/
te: ſicut etiā auget̃ crimen ꝓpter dignita/
tem p̄poſiti. Sed de⁹ cui piurādo q̄s iniu/
riat̃ dignior eſt q̄ ꝓximus cui p adulteriū
quis iniuriat̃. Scđo queri pōt vtꝝ igit̃
piuriū ſit maius peccatū q̄ homicidiū: p̄/
ſertim cū homicida peccat ꝯtra duos. ſ. cō
tra deū ⁊ cōtra ꝓximū: piurus aūt frequē
ter dūtaxat ꝯtra deū: hinc etiaꝫ homicide
debet̃ in lege ciuili maior pena. ſ. mortis:
piuro vero tñ pena infamie. Ad h̄ reſpō/
det ſanct⁹ Tho. in quodlibe. q̄ ſicut dicit
apl̄s ad Heb. vj. Homīes p maiores ſui iu
rant: ⁊ oēs controuerſie eoꝝ finis eſt iura
mētū: fruſtra aūt in cauſa homicidij ꝯtro/
uerſie finis eēt iuramētū: ſi homicidiū eēt
graui⁹ q̄ piuriū: p̄ſumeret̃ enī q̄ q̄ maiorē
culpā. ſ. homicidij cōmiſit nō minorē vere/
ret̃. ſ. piurij: vñ ex hoc ip̄o q̄ ī cauſa cuiuſ/
libet peccati defert̃ iuramētuꝫ: manifeſte
oſtendit̃ q̄ piuriū debet haberi ꝓ maximo
peccato: nec īmerito: qꝛ piurare nomē dei
videt̃ quedā diuini nominis denegatio: vñ
ſcđꝫ locū poſt idolatriā pctm̄ piurij tenet:

vt ex ordine p̄ceptoꝝ ptꝫ: vñ ⁊ maiori cura
ꝓhibitū ē: qꝛ ē de p̄ceptis p̄me tabule: q̄ꝝ
trāſgreſſio maius pctm̄ indicat̄: eo ꝙ for/
mali⁹ ratio peccati mortalis ꝯſiſtit ī auer/
ſione a deo qḋ fit ꝑ trāſgreſſionē p̄ceptoꝝ
p̄me tabule: verū t̄n̄ ꝙ homicidiū grauius
punit̄ ratio ē: qꝛ graui⁹ nocumētū īterdū
hoīb⁹ īminet etiā ex minori culpa: ⁊ qꝛ de/
us miſericors ē min⁹ punit̄ vt cōmuniter
iniuria illata deo q̄ꝫ illata proximo: t̄n̄ ſm̄
iudiciuꝫ dei maius pctm̄ graui⁹ punit̄: in
huius etiā grauitatis argumentū ꝓhibe
mur aliq̄b⁹ dieb⁹ iuramēta p̄ſtare: vñ ha/
bet̄ .xxij. q. v. c. decreuit ſācta ſynodus vt
a ſeptuageſima vſq̄ ī oct̄. paſche: ⁊ ab ad
uentu dñi vſq̄ ad octauas epiphanie nec/
non ⁊ in ieiunijs q̄ttuor tpm et in letanijs
maiorib⁹: ⁊ ī dieb⁹ dñicis: ⁊ in dieb⁹ roga
tionū niſi de ꝯcordia ⁊ pacificatione nul/
lus ſup euāgelia iurare p̄ſumat. glo. Huic
t̄n̄ caplo obuiat ꝯſuetudo p̄ſcripta. Iterū
argumētū illi⁹ grauitatis habem⁹ in eo ꝙ
puuli nō debēt ad iuramēta cogi: ⁊ h̄ ideo
qꝛ in iuramēto debet adeſſe iudiciū diſcre
tionis: ſed h̄ etas neſcit q̄d agit: vñ. xxij.
q. v. c. puuli: niſi in etate rōnabili ſint non
cogant̄ iurare. Qꝛ ſi q̄rit̄ de numero āno/
rū anteq̄ꝫ iurare debeāt: rñdet̄ in .c. ſequē
ti: vbi dicit̄: pueri añ q̄ttuordecim annos
nō cogāt̄ iurare: ⁊ addit̄ ibidē: puella q̄ꝫ
ſi ī puerili etate ſita ī domo prīs illo neſci/
ente ſe iuramēto ꝯſtrinxerit: ⁊ pr̄ ei⁹ vt au
dierit ſtatim ꝯdixerit: vota ei⁹ ⁊ iuramēta
irrita erūt: ⁊ facili⁹ emēdabit̄. glo. Idē eſt
de puero: vt. ā. e. ti. q. iiij. c. trib⁹: ⁊ licꝫ ſta
tim debet reuocare pr̄ iuramētū filij vel fi
lie q̄cito ſcit: votū t̄n̄ religionis nō tenet̄
ſtatim reuocare cū ſcit: ſ̄ vſq̄ ad ānū ꝯdi/
cere pōt: imo veri⁹ vſq̄ ad annos puberta
tis: vñ. xx. q. ij. c. ſi in q̄libet: vbi dr̄. Parē
tib⁹ ſane filios ſuos religiōi ꝯdicere non
ampli⁹ q̄ꝫ vſq̄ ad. xiiij. etatis eoꝝ annū li/
centia poterit eſſe: poſtea vero aut cū vo/
lūtate parētuꝫ aut ſi ſue deuotiōis ſit ſoli/
tariū votū: erit filijs licitū religiōis ſume
re cultū: ⁊. c. ſequēti: de puellis ſubiungit
dicēs: Puella q̄ añ annos. xij. etatis ſua
ſpōte velamē ſacrum ſibi aſſumpſerit: pñt
ſtatim parētes ei⁹ vel tutores id factū irri/
tū facere ſi volūt. At ſi ānū ⁊ diē ſimulan/
do ꝯſenſerint: vlteri⁹ nec ip̄i nec ip̄a muta
re poterūt: vñ generaliter ſicut parētes vo
tū ita ⁊ iuramētū filioꝝ vel filiaꝝ impube
rū reuocare pñt. Tertio q̄ri pōt: vtrū au

diens iurare falſū ⁊ tacēs peccet: p̄ſertim
cū dr̄ Leuit̄. v. Aia q̄ audierit vocē iurātꝭ
teſtiſq̄ fuerit ꝙ aut ip̄e vidit aut ꝯſcius ē:
niſi iudicauerit portabit iniq̄tatē ſuā. Ad
h̄ dicendū ꝙ Aug. in q̄ſtiōib⁹ Leuit̄. v. ſu
per hūc locū dicit hanc q̄ſtionē valde eſſe
difficilē ⁊ ꝑplexā quā ſic ꝓſeq̄t̄: ⁊ habetur
xxij. q. v. c. Hoc videtur dicere peccare ho
minē q̄ audiēte iurat aliq̄s falſū: ⁊ ſcit euꝫ
falſū iurare ⁊ tacet: tūc aūt ſcit ſi ei⁹ rei de
qua iurat̄ teſtis fuit: aut videns aut ꝯſci⁹
fuit. i. aliquo mō cognouit: aut oclis ſuis
cōſpexit: aut ip̄e q̄ iurat illi indicauit: ita
enī pōt eſſe ꝯſcius: ſed inter timorē huius
peccati ⁊ timorē ꝑditiōis hui⁹ hoīs nō
ꝑua exiſtit plerūq̄ tēptatio. i. dubitatio:
poſſum⁹ enī ꝑatū ad ꝑiuriū āmouēdo vel
ꝓhibēdo a tā graui peccato reuocare: ſed
ſi non audierit: ⁊ corā nobis de re quā no
nim⁹ falſū iurauerit: vtꝝ ꝓdendus ſit ita
vt ꝓditus etiā ꝑiculū mortis incurrat: dif
ficillima q̄ſtio eſt: ſed qꝛ h̄ non exp̄ſſit ſcꝫ in
Leuit̄: cui h̄ iudicādū ſit: vtꝝ illi cui iura/
tur: an ſacerdoti culpiā: q̄ nō ſolū eū ꝑſeq̄
nō pōt irrogādo ſuppliciuꝫ ſ̄ etiā orare ꝓ
illo pōt: videt̄ mihi ꝙ ſe ab hoc ſoluat pec
cati vinculo ſi indicet talib⁹ q̄ magis pñt
ꝓdeſſe q̄ꝫ obeſſe ꝑiuro ſiue euꝫ corripiēdo
ſiue deū ꝓ eo placādo: ſed ⁊ ip̄e cōfeſſiōis
ſibi adhibeat medicinā: hec ille. Ex q̄bus
ptꝫ ꝙ ad hāc indicationē faciēdā tenet̄ ta
lib⁹ ꝑſonis q̄ pñt ꝓdeſſe ⁊ non obeſſe. ſ. ſa
cerdotib⁹ honeſtis ⁊ diſcretis parentib⁹.
Eſt t̄n̄ differētia īter indicationē ⁊ denūci
ationē: qꝛ vt dicit h̄ glo. ꝙ h̄ caplm̄ nō loq̄
tur de vera denūciatiōe ſed poti⁹ de indi/
catione. ſ. cū q̄s indicat alijs ꝙ aliq̄s vult
peccare: ⁊ h̄ ſpectat ad delicta cōmittēda:
ſed denūciatio ſpectat ad delicta cōmiſſa:
⁊ ad illā non tenent̄ niſi q̄ hñt magiſtratū
ſup aliq̄s: ⁊ illa denūciatio dr̄ euāgelica ⁊
iſta dr̄ canonica: p̄lati ergo tenent̄ ad illā
ex p̄cepto: alij v̄o nō tenent̄ niſi ex ꝯſilio.

C Scōm vero ꝓſequendū ē ꝑiurij pena vl̄
pnīa: nam ſm̄ Hoſti. tria mala incurrim⁹
ex ꝑiurio. Primū malū ē reat⁹ īmanitas ī
cui⁹ argumentū h̄ crimē in pnīa cōpat̄ ho/
micidio volūtario: p̄ſertim cū fuerit ſolen
nizatū vt videbit̄. Scōꝫ malū ē fame irre/
cupabilitas: qꝛ ꝑiur⁹ infamis efficit̄: nec
poſtea quātūcūq̄ peniteat ī teſtimonium
admittit̄: vt patꝫ ex̄ de teſ. ⁊ at. c. teſtimo/
niū: q̄ repellit̄ ab oī ꝓmotione ſiue ſit dig
nitas ſiue ordo: vt ptꝫ di. lj. c. q̄ in aliq̄ ⁊c.



Multa de infamibus eēnt notāda de q̄b⁹
grā breuitatis ſupſedeo. Tertiuꝫ malū eſt
auſteritas pnīe qꝛ ꝑiurantes grauiter pu/
niri debēt ſm̄ canones: verū t̄n̄ diuerſimo
de ſm̄ circūſtantias ꝑiurioꝝ: dicit enī Eu
tician⁹ papa. xxij. q. j. c. vlt̄. p̄dicādum eſt
vt ꝑiuriū fideles caueāt: ⁊ ab hoc ſūmoꝑe
abſtineāt: ſciētes hoc grande ſcel⁹ eſſe: ⁊ ī
lege ⁊ in ꝓphis ⁊ ī euangelio ꝓhibitū. Au
diuim⁹ aūt q̄ſdā ꝑuipēdere h̄ ſcel⁹ ⁊ leuem
quodāmodo ꝑiurij modū penitētie impo/
nere: q̄ etiam noſſe deberent talē ꝓ ꝑiurio
penitentiā imponi debere q̄lē ⁊ ḋ adulte/
rio ⁊ de fornicatiōe ⁊ ḋ homicidio volūta
rie cōmiſſo ⁊ ḋ ceterꝭ criminalib⁹ vitijs. Si
q̄s v̄o ꝓ ꝑpetrato ꝑiurio a q̄libet crimina
li peccato timēs penā longā ad cōfeſſionē
venire noluerit: ab ecclīa repellēdus eſt:
⁊ a cōmunione ⁊ a ꝯſortio fideliū: ⁊ null⁹
cum eo comedat neq̄ bibat neq̄ in domo
ſua eū recipiat: ⁊ hoc q̄dē ī generali. Por
ro in ſp̄āli de ꝑiurio illicito imponit̄ peni/
tētia. xxij. q. iiij. c. qui ſacramento ſe obli/
gauerit vt litigās cum q̄libet ad pacē nul/
la modo redeat: ꝓ ꝑiurio vno āno a cōmu
nione corꝑis ⁊ ſanguinis dñi ſegregatus
reatū ſuū elemoſynis ⁊ fletib⁹ ⁊ quātū po/
tuerit ieiunijs abſoluat: ad charitatē v̄o
q̄ operit multitudinē peccatoꝝ celeriter ve/
nire feſtinet. Qꝛ ſi obijcit̄ ꝑiuro ſeptēnis
pnīa indicit̄. vj. q. j. c. q̄cunq̄ ſciens ꝑiu/
rauerit. xl. dies ī pane ⁊ aq̄: ⁊ ſeptē ſequē/
tes ānos peniteat: ⁊ nūq̄ꝫ ſit ſine penitētia
⁊ nūq̄ꝫ in teſtimoniū recipiat̄ cōmunionē
t̄n̄ poſt hec recipiat. Ad hoc rñdet h̄ glo.
ꝙ ibi loquit̄ cum q̄s tranſgredit̄ licitū iu
ramentū: hic loquit̄ cum q̄s temere iurat.
Si adhuc obijcit̄: nōne q̄ temere iurat rē
illicitā mortaliter peccat: ḡ ſeptēnis pnīa
debet ei imponi rñdet glo. ꝙ h̄ non negat̄
q̄ ꝑ. vij. annos debeat penitere: ſ̄ hoc ſolū
dr̄: ꝙ a cōmunione corꝑis chriſti ſeꝑatur
vno anno. Ad maiorē aūt euidentiā ſci/
endū ꝙ multiplex ē iuramētum illicitū vt
ptꝫ ibidē. c. inocēs: vbi dr̄: ꝙ iuramētū illi
citū multipliciter ītelligit̄. Eſt enī illicitū
aliq̄ñ ex eo qḋ iurat̄. ſ. q̄ñ id qḋ iurat̄ ī ſui
natura ꝑniciofum eſt vel adimēs vitā ſcꝫ
eternā vel temporalē: vt adulteriū vel ho/
micidiū ⁊ his ſimilia: vel reparari non ꝑmit
tens: ſicut cum inimico ad pacē nō redire:
indigēti miſericorditer nō ſubuenire: iſta
quia ꝑſpicuam in ſe habent iniuſticiā: ⁊ ſi
iuramento firment̄ tamen ſeruari non de

bent. Eſt etiam aliquādo illicitū iuramen
tum ex modo iurādi: quādo ſcꝫ inconſide
rate ⁊ īcircūſpecte aliquid iurat̄: quo nec
corporalis nec ſp̄ūalis ſalus adimit̄: et ſi/
ne quo vtraq̄ ſalus reparari ⁊ vita conſer
uari valet: veluti cū aliquis a parētib⁹ co/
actus vt clericatus tonſurā vl̄ religionis
veſtem ſuſcipiat: ſe neutrum facturū iura/
mento firmauerit: hoc q̄uis aliquibus vi
deatur rep̄henſibile: quia opus charitatꝭ
iuramento ſe non facturum ꝓmiſit: nulla
tamē auctoritate ꝓhibetur ſeruari: quia ⁊
ſi nunq̄ꝫ clericatus tonſurā vel religionis
veſtem ſuſcipiat: non tamē ideo min⁹ ſalu
tem ꝓmereri valet: cum nōnulli in laicali
veſte ſanctiſſimi ⁊ deo dilecti inueniātur:
quo exēplo euidenter datur intelligi: quo
tiens aliquis iurat ſe nō facturū aliquid:
quo expeditorē viam ſibi p̄paret ad beati/
tudinem: dūmodo ſine eo ſalutem valeat
inuenire: ꝙ iuramentū non ꝓhibetur ob/
ſeruare: hoc ibi. Tamē ſm̄ Tho. meli⁹ fa/
ciet ſi iuramentū violat eo ꝙ non obligat.
Eſt ⁊ id quod iurat̄ aliquādo vitioſū: nō
in natura ſui: ſed ex cauſis extrauenientib⁹
veluti cum aliquis iurat poſt votum caſti
tatis alicui: ſe habiturū eam in coniugem
ſcꝫ ꝑ verba de p̄ſenti. Coniugē autē habe/
re in ſe ip̄o malū non ē: t̄n̄ huic ex voto ꝑni
cioſum eſt: hoc aūt iuramentū et ſi ſit illici
tum: non t̄n̄ obſeruari ꝓhibetur: ſ̄ de vio/
latione voti pnīa ſibi iubetur indici: iudi/
cium etiā aliq̄ñ iuramento ꝓbatur deeſſe:
veluti cum ꝓpria temeritate aliq̄s ductus
iurat ſe manducaturū et bibiturū: hoc q̄/
uis indiſcreta leuitate illicitum ꝓbat̄: nō
tamē violare iubetur. Deniq̄ ꝯcludo oē
iuramentū qḋ non ignorat̄ ignorantia fa/
cti nō iuris: q̄ nullū excuſat niſi cui ꝑmit/
tit̄ ius ignorare eē. ſ. illicitū reputat̄ in ꝑ/
iuriū ⁊ pnīa iā prius poſita diluendū. Ce/
terum qui cogit aliū ad ꝑiurādū ⁊ qui co/
actus facit ꝑiurium vterq̄ ꝑiurus eſt tam
domin⁹ q̄ꝫ ſeru⁹: ⁊ ſuo pnīa imponit̄. xxij
q. v. c. qui compulſus: glo. nō p̄ciſe a dño
ſciēs ꝑiurat: vtiq̄ ſūt ꝑiuri ⁊ dñs ⁊ miles:
glo. qꝛ in atrocibus non debet q̄s parere
dño ſuo: ſequit̄: dñs qꝛ p̄cepit: miles quia
plus dñm q̄ꝫ aīam dilexit: qḋ eē nō debet.
Si liber eſt ſcꝫ coactus iurare. xl. dieb⁹ in
pane ⁊ aqua penitebit: glo. cōtinue vel in/
terpolatim: ⁊ ſeptē ſequentes annos: glo.
non t̄n̄ in pane ⁊ aqua: ſ̄ ſm̄ diſcretiōeꝫ cō
feſſoris: ſeq̄t̄. Si ſuus eiuſdeꝫ tres q̄dra/

geſimas. glo. vnam ante feſtum natalis:
aliã añ paſcha: tertiã ante feſtũ beati Jo/
hãnis. ſequit᷑: ⁊ legitimas ferias peniteat
glo. prima. ſcḋaꝫ quartã ⁊ ſextã feriam: ꝺ
cõſe. di. iij. c. ieiunia: ⁊. lxxxij. diſ. p̄ſbyter.
verũtamẽ ſi ẽ pura coactio metus ꝗ̄ cadit
in ꝯſtantem virũ: tunc imponit᷑ penitẽtia
e. ti. ſcꝫ. xxij. q. v. c. ſi quis coactꝰ ꝓ vita re
dimenda vel q̄libet cauſa vl᷑ neceſſitate. ſ.
maxima ꝑiurat: quia plus corpus q̄ aĩaꝫ
dilexit: tres q̄dtrageſimaſ peniteat: glo. qꝛ
rõne coactionis mitigat᷑ pena: vt patet ex̄
ꝙ me. cã. c. ſacrl̄. Hic q̄ri põt: qua pena co
gens caſtigari debet: eo ꝙ ibidem nõ exp̄
mit᷑: cum tamẽ poſtea ſubditur de eo. c. il/
le qui ꝓuocat hominẽ ad iurationẽ: ⁊ ſcit
eum falſuꝫ eſſe iuraturũ: vincit homicidã
quia homicida corpus occiſurꝰ eſt: ille ani
mã imo duas animas: ⁊ eius quẽ iurare ꝓ
uocauit ⁊ ſuam. Ad hoc reſpondet᷑ ex cõ/
cilio moguntineñ. ⁊ ſubdit᷑ in eadẽ q̄ſtiõe
vbi pena cogentis addit᷑. c. ſi quis ꝯuictꝰ
fuerit: ſcꝫ in iudicio vel euidẽtia facti: ali/
os ad falſa teſtimonia vl᷑ ꝑiuria attraxiſſe
glo. per coactionẽ vel quacũqꝫ corruptiõe
ſollicitaſſe: ſcꝫ amicicie vel pecunie: ipe q̄/
dem vſqꝫ ad exitum vite ſue non cõmuni/
cet. Hi vero ꝗ̄ ei in ꝑiurio conſenſiſſe ꝓbã
tur: poſtea ab omni teſtimonio ſunt remo
uendi: ⁊ ſm legẽ infamia notabunt᷑. De
niqꝫ quoddam eſt iuramentũ deteſtandũ
qḋ fit cũ interp̄tatiõe alicuiꝰ mali ĩ ſeip̄m:
ſicut legit᷑ ꝺ beato Petro: ꝙ cepit anathe
matizare ⁊ iurare qꝛ non nouiſſet hoĩem:
vnde q̄ꝫ deteſtãdũ ſit hoc ꝑiurij vitiũ oſtẽ/
dit Oroſiꝰ p̄ exemplũ dicẽs: Nã cũ roma/
ni legatos ad plures gẽtes miſiſſent vt fir
marent pacẽ cum eis: dũ igit᷑ cum iuramẽ
to firmaſſent: ꝓditorie ⁊ clam irruẽtes in
eos occiderũt: ⁊ oẽs romanos q̄tquot ĩue
nerunt: ſ; dei maledictio ĩ deteſtatiõeꝫ ꝑiu
rij ⁊ fractiõis fidei ſup eos venit: nam pa/
nis ꝗ̄ frãgebat᷑ ab eis ſãguinẽ emittebat:
aĩalia domeſtica ⁊ blãda cũ balatu ⁊ hya/
tu miſerabili fugiebãt ad ſiluas ⁊ ad mon
tes deſerẽdo ꝯſortia eoꝝ: canes etiã cũ la/
chrymoſis latratibꝰ oberrantes ad modũ
lupoꝝ vindictam poſtulabãt de ꝓditione
facta: cũ autẽ auditis rumoribꝰ omnes fu
iſſent ꝑ imꝑatorẽ romanũ victi in cãpis ex
ceptis quattuor milibꝰ qui aſcenderũt ad
montes: hi ſtatim cõgelati ad modũ lapi/
dis facti ſũt ĩmobiles: ad ſignuꝫ vindicte
diuine. Similiter legit᷑ in eccleſ. hyſtoria:
ſticia ſm q̄ eſt virtus ſpecialis reſpicit bo
nū ſub ratiōe debiti ad ꝓximū :ideo ſcđm
hoc ad eā ptinet facere bonū ſub rōe debi
ti in cōparatiōe ad ꝓximū ⁊ vitare maluꝫ
oppoſitū. Verūtamē facere bonū eſt actus
cōpletiuus iuſticie ⁊ quaſi ps eius pncipa
lis:ſed a malo decliare ē actꝰ ipfectior ⁊ q̄
ſi ſecūdaria eiꝰ ps. Hinc ē q̄ſi ps material
ſine q̄ nō pōt ps formalis eē cōpletiua. Et
his duabꝰ ptibꝰ opponunt duo vitia q̄ ſūt
trāſgreſſio ⁊ omiſſio. Trāſgreſſio nāq; op
ponit p̄ceptis negatiuis q̄ ptinēt ad decli
nationē a malo. Et omiſſio opponit p̄cept
affirmatiuis q̄ ptinēt ad faciēdū bonū: ⁊ h̄
ꝓprie ſub rōe debiti in ordīe ad ꝓximum.
Bonū eñ ſub rōe debiti ꝓprie ptinet ad iu
ſticiā:legalē q̄dē ſi debitū accipiat in ordi
ne ad legē diuinā vl humanā:ſpecialē ve
ro ſi debitū ꝯſiderat in ordine ad ꝓximū.
Vñ eo mō q̄ iuſticia eſt virtus ſpecial: etiā
omiſſio eſt ſpeciale peccatū diſtinctū a pec
catis q̄ opponūt alijs virtutibꝰ. Et eo mo
do quo facere bonū cui opponit omiſſio ē
quedā ps ſpecial iuſticie diſtincta a decliā
tione mali cui opponit tranſgreſſio: etiaꝫ
omiſſio a trāſgreſſione diſtinguit. Simpli
citer tñ ⁊ abſolute loquēdo trāſgreſſio gra
uius eſt peccatū q̄ꝫ omiſſio: licet aliq̄ omiſ
ſio grauior eſſe pōt aliq̄ trāſgreſſiōe:cuius
rō eſt qꝛ peccatū intantū graue eſt inq̄tuꝫ
diſtat a virtute. Cōtrarietas aūt eſt maxīa
diſtātia: vt dicit in.ix. Meth. Unde ꝯtra
riū magis diſtat a ſuo cōtrario q̄ꝫ ſimplex
eiꝰ negatio:ſic ab albo magis diſtat nigrū
q̄ꝫ ſimpliciter nō album. Sed tranſgreſſio
ꝯtrariat actui virtutis : omiſſio vero ſolū
iportat negationem illiꝰ. Hic minꝰ peccat
omittēs parentibꝰ exhibere debitā reuerē
tiā q̄ꝫ eis inferēs cōtumeliā vl iniuriā qđ ꝑ
tinet ad trāſgreſſionem. Quarto q̄ri pōt
de ptibus iuſticie potētionalibus ⁊ de vir
tutibꝰ ei annexis: vtrū.ſ. virtutes annexe
iuſticie ꝯuenienter aſſignēt: p̄ſertim quia

Tullius ponit ſex virtutes Macrobiꝰ ſe
ptē:quarū plures a Tullio p̄termittunt.
Andronicꝰ noueꝫ ex q̄bus Tullius ponit
tm̄ vnā. Et Areſt.pōit epicheiā quā nullꝰ
p̄dictoꝝ ponit. Ad hoc dicendū ſm Tho.
vbi.ſ̄. ꝙ in virtutibꝰ q̄ adiungunt alicui
virtuti pncipali ſunt duo ꝯſiderāda. Pri
mo ꝙ in aliq̄ virtute pncipali cōicāt. Secū
do ꝙ in aliq̄ deficiant a pfecta rōne ipius.
Et qꝛ iuſticia ē ad alteꝝ ideo oēs virtutes
q̄ ſunt ad alteꝝ pñt rōne ꝯuenīētie cōnecti
iuſticie:ratio ergo iuſticie ꝯſiſtit in h̄ ꝙ al
teri reddat qđ ſibi ſm eq̄litatē debet. Du
plicit igit aliq̄ virtus ad alteꝝ exiſtēs a ra
tione iuſticie deficit. Primo deficit a rati
one equalis. Secūda a rōne debiti:qꝛ q̄dā
virtutes licet alteri reddāt debitū tñ eq̄lit
reddere nō pñt: vñ q̄cq̄d deo reddit ab ho
mine debitū eſt:nō tñ eq̄le:qꝛ nō reddit hō
tātū quātū debet:iux illđ. Quid retribuā
dño ⁊c. Et ſic adiūgit iuſticie religio:q̄.ſ.
religamur diuino cultui. Silr parētibꝰ red
di pōt debitū ſ nō eq̄le: vt ptꝫ ꝑ phm.viij.
Ethic. Et ſic adiūgit pietas ꝑ quā ſm Tul
liū ſanguīe iunctis patrieq; beniuol offici
um: ⁊ diligens tribuit cultꝰ. Tertio nō po
teſt equale p̄miū ab homīe recōpēſari vir
tuti: vtꝫ ꝑ phm.iiij.Ethic. ⁊ ſic adiūgit ob
ſeruātia ꝑ quā homīes ſm Tulliū aliq̄ di
gnitate antecedētes aliq̄ cultu ⁊ honore di
gnant. Defectus etiā a rōne debiti pōt at
tēdi ſm ꝙ duplex eſt debitū.ſ.legale qđ ꝓ
prie attēdit iuſticia q̄ eſt virtus pncipalis
⁊ morale debituꝫ qđ.ſ.aliq̄s debet ex ho
neſtate virtutis: ⁊ habet duplicē graduꝫ:
Quoddā eñ debitū ſic eſt neceſſariū: ꝙ ſi
ne eo nō pōt honeſtas moꝝ ſuari : ⁊ h̄ ha
bet plus de rōne debiti. Exempli grā. De
bitū ē ꝙ talē alteri q̄s ſe exhibeat in vbis
⁊ factis:q̄lis eſt: ⁊ ſic adiungitur veritas.
Itē ꝙ alteri recōpenſat ſm ea q̄ fecit: vl in
bonis ⁊ ſic adiungit gratia: vl in malis et
ſic adiungit vindicatio. Aliud vero debi
tū eſt neceſſariū ſicut ꝯferēs ad maiorē ho
neſtatē:ſine q̄ tñ honeſtas cōſeruari pōt:
ſicut liberalitas:affabilitas: ⁊ alia q̄ Tul
lius pretermittit:quia parū habent de ra
tione debiti. Ad laudem dei.

## De tertia virtute cardiali.ſ.fortitudie: ⁊ vtrū operet ex habitu ⁊ cū delectatiōe: Ser XII

m Emento vt diem

ſabbati ſancti. Exo. xx. Viſo de pͥma virtu
te cardinali ꝙ dicit͛ prudẽtia: ac de ſecũda
que dicit͛ iuſticia. Iã de tertia pſeq̃mur ꝙ
dicit͛ fortitudo: que. ſ. vim rectificat iraſci
bilẽ in tolerãdis aduerſis: ⁊ aggrediẽdis
A arduis: cõſtituens illã in debita quiete ad
pagendũ ſabbatũ delicatũ. Et hec virtꝰ
ſm quadruplicẽ eius gradũ q̃druplicit͛
diffinit͛ a Macrobio. Primus eñ gradꝰ
hominẽ facit omnẽ metũ ꝓ vtilitate reipu
blice poſtponere: ⁊ niſi turpia formidare:
⁊ ſic eſt virtus pollitica vl͛ ciuilis: ꝙ eſt ani
mũ ſupra periculi metũ erigere: nihilꝫ ni
ſi turpia formidare. Secũdus gradꝰ men/
tẽ magis cõfortat ita vt nulla pena corpo/
ralis eã terreat: qꝛ ad ſola eterna fortit͛ an
helat: ⁊ ſic eſt virtus purgatoria: ꝙ eſt mẽ/
tẽ nõ terreri ꝯtra queqꝫ aduerſa: nec etiaꝫ
a corpore recedentẽ. Tertius gradus mẽ/
tẽ in eternis figit: ⁊ ſic eſt virtꝰ purgati ani
mi: cuius eſt nõ ſolũ paſſiões corpis vince
re ſed penitus ignorare: ita vt iraſci neſci
at ⁊ nihil niſi eterna cupiat. Quartꝰ gradꝰ
ꝙ in deo eſt p̃dictos gradꝰ inchoat: dedu/
cit ⁊ ꝯſumat. Ipſa eñ attingit a fine vſqꝫ
ad finẽ fortit͛: ⁊ diſponit oĩa ſuauit͛: ⁊ ſic ẽ
virtus exẽplaris ꝙ eſt in deo: ⁊ eſt qꝺ ſem/
per idẽ eſt ⁊ qꝺ nunq̃ꝫ mutat͛. Tho. aũt in
in ſcripto Ethic. li. iij. diffinitionẽ fortitu/
dinis ex v͛bis Areſto. colligẽs ait ibidem
Fortitudo eſt virtus medio mõ ſe habens
ſm rõneꝫ rectã circa timores ⁊ audacias.
Et alb. teu. ex v͛bis Areſto. ⁊ cõmẽtatoris
diffinitionẽ colligẽs ait: Fortitudo eſt ha/
bitus ĩmediate audaciaꝝ ⁊ timoꝝ ſufferẽ/
tes: faciẽs periculoꝝ mortis grã boni. Eſt
igit͛ habitus quo quãdã animi firmitateꝫ
ꝯſeq̃tur: ꝑ quã animꝰ ſtat ĩmobilis ꝯ̃ timo
res periculoꝝ mortis. Et h̃ ĩmediate ꝑ qꝺ
fortitudo rõnẽ habet virtutis cuius eſt eẽ
in medio vl͛ rõnis vl͛ rei: facit etiã ſufferen
tes: qꝛ p̃ncipalior eius actus eſt pati vl͛ ag
gredi: ⁊ habet duplicẽ materiã vl͛ obiectũ.
Principalis eſt mors. Secũdaria vero pe
ricula: ꝙ qꝛ pñt eẽ plura: ideo dic̃ periculo/
rũ: ⁊ addit in fine grã boni: qꝛ ſi in aggreſ
ſione vl͛ ꝑpeſſione mortis aut periculorum
mortis nõ ſequeret͛ aliqꝺ bonũ tũc tal͛ for/
titudo nõ haberet rationẽ virtutis. Ad
maiorẽ tñ euidentiã pͥmo queri põt vtruꝫ
fortitudo ſit virtus: pſertim cũ apl̃s dicat
virtus in infirmitate ꝑficit͛ ergo nõ in for/
titudine. Ad hoc rñdet Tho. ſcda. ſc. q. c
xxiij. ꝙ ſm phum in. ij. Ethic. virtus eſt ꝙ
bonũ facit habentẽ ⁊ opus eius reddit bo
nũ. Bonũ aũt hominis eſt ſm rationẽ eſſe
ſcꝺꝫ Dyoni. iij. c. de diuinis no. Et ideo ad
virtutẽ humanã pertinet vt faciat homineꝫ
bonũ ⁊ opus eius ſcꝺm rationẽ eſſe: quod
ꝯtingit tripliciter. Primo ꝙ ipſa ratio recti
ficat͛ qꝺ fit ꝑ virtutes ĩtellectuales. Alio
modo ſm ꝙ ip̃a rectitudo rõnis in rebus
humanis equalitatẽ inſtituit qꝺ ꝑtinet ad
iuſticiã. Tertio ſcꝺm ꝙ̃ ĩpedimẽta huiꝰ re
ctitudinis in rebus humanis ponẽde tol/
lunt͛. Dupliciter aũt humana volũtas ĩpe/
dit͛ ne rectitudinẽ rõnis ſequat͛. Uno mõ
ꝑ hoc ꝙ attrahit͛ ab aliquo delectabili ad
aliud q̃ꝫ rectitudo rõnis req̃rit: ⁊ hoc im/
pedimentũ tollit virtus tꝑantie. Alio mo/
do ꝑ hoc ꝙ voluntatẽ repellit ab eo qꝺ eſt
ſm rõnẽ ꝓpter aliqꝺ difficile qꝺ ĩcũbit. Et
ad hoc ĩpedimẽtũ tollendũ requirit͛ forti/
tudo mẽtis: q̃. ſ. hmõi difficultatibus reſi/
ſtat: ſicut homo ꝑ fortitudinẽ corporalẽ im
pedimẽta corporalia ſupat ⁊ repellit Et ſic
fortitudo eſt virtus inq̃tũ facit homines
ſm rõnẽ eſſe. Nec tamẽ virtus anime ꝑfi/
citur in infirmitate anime ſed carnis. Hoc
aũt ad fortitudinẽ mẽtis ꝑtinet ꝙ infirmi/
tatẽ carnis fortiter ferat: ꝓpter aliqꝺ bonũ
anime ꝯſequendũ Sciendũ tñ ꝙ nomẽ for
titudinis dupliciter accipit͛. Uno modo ſm
ꝙ abſolute importat quandam animi fir/
mitatẽ: ⁊ ſm hoc eſt virtus generalis: vel
potius ꝯditio cuiuſlibet virtutis: qꝛ ſcꝺm
phum. ij. Ethic. ad virtutẽ requirit͛ firmit͛
⁊ ĩmobiliter opari. Et de hac fortitudĩe di/
cit Ambro. in. j. de offi. Non mediocris a/
nimi eſt fortitudo: que ſola defendit orna/
menta virtutũ omniũ: ⁊ iudicia cuſtodit ⁊
que inexpiabili prelio aduerſus omnia vi
tia decertat inuicta ad labores: fortis ad ꝑi/
lia: rigidior aduerſus voluptates. hec ille.
Alio modo põt accipi fortitudo ſm ꝙ im/
portat firmitatẽ animi in ſuſtinendis ⁊ re
pellẽdis his in quibus maxime difficile ẽ
firmitatẽ habere. ſ. in aliq̃bus pericul͛ gra
nibus. Et ſic ponit͛ ſpecialis virtus: vtpo
te materiã habẽs determinatã: de qua dic̃
Tullius in rhetorica. Fortitudo eſt cõſide
rata ꝑiculoꝝ ſuſceptio: ⁊ laboꝝ
ꝑpeſſio: ⁊ tũc ponit͛ virtus cardinal͛ vna ſi
ue principal͛ de quattuor qꝺ ſic patet. Naꝫ
virtutes dicunt͛ cardĩales ſeu p̃ncipales q
p̃cipue ſibi vẽdicãt id qꝺ ꝑtinet ad v͛tutes
cõiter. Int͛ alias autem cõmunes virtutes
conditiones vna ponit͛ firmit͛ operari: vt



patet in. ij. Ethic. laudẽ ergo firmitatis po
tiſſime ſibi vendicat fortitudo. Tãto enim
magis laudat͛ ꝙ firmit͛ ſtat q̃to habet gra
uius ĩpellẽs ad cadendũ ⁊ retrocedendũ.
Impellit aũt hominẽ ad diſcedendũ ab eo
qꝺ eſt ſm rationẽ: ⁊ bonũ delectãs: ⁊ malũ
affligens: ſed grauius ĩpellit dolor corpo/
ris q̃ꝫ voluptas. Dicit enĩ Aug. ĩ li. lxxiij.
q. ꝙ nemo eſt ꝙ nõ magis dolorẽ fugiat q̃
appetat voluptatẽ: qñquidẽ videmꝰ etiaꝫ
maximas beſtias a maximis voluptatibꝰ
coherceri doloꝝ metu. Inter dolores ãt et
pericula maxime timẽt͛ ea ꝙ ducũt ad mor
tẽ: ꝯtra ꝙ firmit͛ ſtat fortis: ⁊ ideo fortitu/
do eſt virtus cardinalis de qua dicit Señ.
Magnanimitas ꝙ ⁊ fortitudo dicit͛ ſi inſit
animo tuo viues cũ magna fiducia: liber:
intrepidus: alacer. Magnũ humani ani/
mi bonũ eſt: finem huiꝰ vite intrepidũ ex/
B pectare. Secũdo vero queri põt vtꝝ for
tis operet͛ ꝓpter bonũ ꝓpꝛij habitus: pſer/
tim cũ dicat Auguſ. xiij. de trini. virtutes
quas ꝓpter ſolã beatitudinẽ amamꝰ: ſic ꝑ/
ſuadere q̃dã nobis audẽt ſic dicẽdo eas ꝓ
pter ſe appetẽdas: vt ip̃am beatitudinẽ nõ
amemꝰ: qꝺ ſi faciũt etiã ip̃as vtiqꝫ amare
deſiſtemus: qñ illã ꝓpter quã ſolũ iſtas a/
mauimꝰ nõ amamꝰ. hec ille. Sed fortitudo
eſt virtus quedã ergo actus fortitudinis
nõ eſt ad ip̃am fortitudinẽ referẽdus. Ad
hoc rñdet Tho. vbi. ſ. ꝙ duplex eſt finis. ſ.
pximꝰ ⁊ vltimus. Finis pximus vniuſcu/
iuſqꝫ agentis eſt: vt ſimilitudinẽ ſue forme
in alteꝝ inducat ſicut finis ignis calefaciẽ
tis eſt vt inducat ſimilitudinẽ ſui caloris ĩ
patiẽte: ⁊ finis edificatoris eſt vt inducat
ſimilitudinẽ ſue artis in materia. Quod/
cunqꝫ aũt bonũ ex hoc ſeq̃tur ſi ſit intentũ
põt dici finis remotus agentis Sicut aũt
in factibilibꝰ exterior materia diſponit͛ ꝑ
artẽ: ſic etiã in agibilibus ꝑ prudentiã di/
ſponit͛ actus humani. Sic ergo dicenduꝫ
ꝙ fortis ſicut pximũ finẽ intẽdit: vt exem
plo ignis ⁊ edificatoris ſimilitudinem ſui
habitus exprimat in actu: intẽdit eñ age/
re ſm ꝯuenientiã ſui habitꝰ: ſic ẽt intẽdit vl
timũ finẽ vt illũ aſſequat͛. Finis aũt vlti/
mus ẽ beatitudo vl͛ deꝰ. De ꝙ fine dic̃ Au/
guſ. de moribꝰ eccl̃ie: ꝙ fortitudo eſt amor
oĩa ꝓpter deũ facile ꝑferẽs. Et ſic fortis in/
tẽdit vtrũqꝫ finẽ. ſ. pximũ ⁊ remotũ vl͛ vl/
timũ Qꝛ ſi querit͛ vtrũ ergo fort͛ in actu
ſuo delectet͛: pſertim cũ ſm phum. x. Ethi.
Delectatio eſt opatio cõnaturalis habitꝰ
nõ ĩpedita: ſ; opatio fortis ꝓcedit ex habi/
tu ꝙ agit in modũ nature. Hinc ẽt dic̃ Am
bro. ſup illꝺ Gal. vij. Fructus aũt ſpũs: ꝙ
opa virtutũ dicuntur fructꝰ: qꝛ mẽtẽ ho/
minis ſctã ⁊ ſincera delectatiõe reficiunt.
Ad hoc dicẽdum ꝙ duplex eſt delectatio.
Quedã eñ eſt corpal͛ ꝙ ꝯſeq̃tur tactũ cor/
poralẽ: ⁊ illã delectationẽ fortis nõ ꝯſequi
tur in actu ſuo p̃ncipali ꝙ ẽ ſuſtinere: quia
ſuſtinere ꝑcuſſiones: flagella: vulnera vel
mortẽ: eſt cõtriſtabile ⁊ doloroſũ humane
nature: vnde hoc negare eſſet negare eos
eſſe carnales: qꝛ ſi habẽt carnẽ ſenſibilem
neceſſe eſt ꝙ leſiua inferant eis dolorem.
Alia vero delectatio dicitur animal͛: ꝙ ſcꝫ
ꝯſequit͛ apprehẽſionẽ anime: ⁊ hec ꝓprie cõ
ſequit͛ opera virtutũ: qꝛ in eis cõſideratur
bonũ ratiõis ⁊ ſm hoc fortis delectationẽ
aliquã cõſequit͛: licet etiã ſm apprehenſio
nẽ anime habeat vnde doleat: eo ſcꝫ ꝙ vi/
tã corporalẽ amittat: quã virtuoſus amat
nõ ſolũ inq̃tũ eſt bonũ naturale ſed etiam
inq̃tũ eſt neceſſaria ad opera virtutuꝫ ⁊ ꝙ
ad ea ꝑtinent. Et ſic fortis habet ex vna ꝑ/
teꝙ delectet͛ ſm delectationẽ animaleꝫ: ſcꝫ
de actu virtutis ⁊ eius fine: habet etiaꝫ ex
alia ꝑte vnde doleat: nõ ſolũ corporalit͛ ꝓ/
pter illatas penas: ſ; etiã animaliter ꝓpter
amiſſionẽ vite. Hic dixit Eleazarꝰ. ij. Ma/
cha. vj. Diros corporis ſuſtineo dolores:
ſcꝺm animã vero propter timorẽ tuũ libẽ/
ter hec patior. Uerũ tamẽ ſenſibilis dolor
corporis ipſis facit non ſentire delectatio/
nem animalem virtutis. Hinc dicit phus
in. iij. Ethico. ꝙ fortis in actu ſuo nihil de/
lectabile videtur habere. Et iterũ dicit ibi
dem ꝙ a forti non requiritur ꝙ delectetur
quaſi delectationẽ ſentiens: ſed ſufficit ꝙ
non triſtetur. hec ille. Propter abundan/
tem dei gratiã: tamen quis delectationem
ſentire poteſt: ita ꝙ exuberãs gratia forti/
us eleuat animã ad diuina in quibus dele
ctatur q̃ corporalibus penis afficiat͛. Si/
cut beatus Laurẽtius in craticula poſitus
dixit: Carbones iſti refrigeriũ mihi p̃ſtãt.
Et de beato Stephão cantat eccleſia. La/
pides torrentis illi dulces fuerunt. Item
beatus Tyburcius dixit (cum ſupꝫ carbo/
nes incenſos incederet) videtur mihi ꝙ
ſuper roſeos flores incedo. In ceteris au/
tem licet ſit delectatio quedam virtutis in
opere fortitudinis tamen propter doloreꝫ
ſenſus impeditur mens fortis ne in ope/
ratione propria delectationem ſentiat: eo

ꝙ vehementia paſſionis vnius potentie i/
pedit potentiam aliaȝ in actu ſuo propter
connexionem potentiarum adinuicem: ni/
hilominus tñ virtus fortitudinis facit vt
ratio nõ abſorbeaꝛ a corporalibus dolori/
bus: facit inq̃ ꝙ delectatio virtutũ ſupe/
rat animalẽ triſticiã inq̃tũ homo ꝑfert bo
num virtutis corporali vite: ⁊ quibuſdam
¶ ad eã pertinentibus. Tertio principaliꝛ
queri poteſt vtruȝ fortitudo ꝑcellat alias
virtutes cardinales: ꝑſertim cũ ſcd̃m phm
virtus eſt circa difficile et bonũ: ſed forti/
tudo eſt circa difficillima. Et ideo dicẽ Am
broſi⁹. j. de offi. Nunc de fortitudie tracte/
mus que velut excelſior ceteris diuiditur
ĩ res bellicas ⁊ domeſticas. Ad hoc reſpõ
det Tho. vbi ſupra: ꝙ ſicut Aug⁹. ait. vj.
de trini. In his que non mole magna ſunt
hoc eſt mai⁹ eſſe qđ ẽ melius eẽ: vnde tãto
vt⁹ aliq̃ ẽ maior q̃to melior eſt: bonũ igiꝛ
rationis eſt bonũ hoĩs ſm Dyoni. iiij. c.
de diuinis no. hoc autẽ bonũ eſſentialiter
quidẽ habet prudentiã que eſt ꝑfectio ra/
tionis. Iuſticia vero eſt huius boni facti/
ua inq̃tũ ſcȝ ad ipſam ꝑtinet ordinẽ ratio/
nis ponere in omnibus rebus humanis.
Alie vero virtutes ſcȝ fortitudo et tꝑantia
ꝯſeruatiue ſunt huius boni inq̃tũ paſſio/
nes moderanꝛ ne hominẽ a bono rationiſ
abducãt. Et quia ratio virtutis magis cõ
ſiſtit ĩ bono q̃ȝ in difficili ſic ꝙ magnitudo
virtutis magis eſt menſuranda ſcd̃m rati/
onẽ boni q̃ȝ ſcd̃m rationẽ difficilis: ideo in
ter virtutes cardinales potior eſt pruden/
tia: in qua bonũ ratiõis eſſentialiꝛ ꝯſiſtit:
quia id qđ eſſentialiter diciꝛ potius eſt eo
qđ diciꝛ effectiue. Rurſus poſt prudentiã
iuſticia potior eſt: q2 id qđ effectiue dicitur
poti⁹ eſt: eo qđ diciꝛ ꝯſeruatiue: ſm remo/
tionẽ impedimenti ſicut alie due virtutes
cardĩales: ſcȝ fortitudo ⁊ tẽperantia. Hic
dicit Tullius in. j. de offi. In iuſticia vir/
tutis ſplendor eſt maxim⁹: ex qua viri bo/
ni iuſti nominanꝛ. Ceteꝝ in ordine harum
fortitudo tenet locũ ꝑcipuũ: q2 timor peri
culorũ mortis maxime ẽ efficax ad h̃ ꝙ ho/
minẽ faciat recedere a bono ratiõis: poſt/
q̃ȝ ordinaꝛ tẽperantia: q2 etiã delectatiões
tactus maxime inter cetera bonũ rationis
impediũt. Verũtamẽ ꝙ Ambro. fortitudi
nẽ ꝑferre videaꝛ in dicta auctoritate: ẽ in/
telligendũ ſm quandã generalẽ vtilitateȝ
ꝓut tã in rebus bellicis q̃ȝ domeſticis vel
ciuilibus vtilis eſt: ſicut ait phs. j. rhetoꝛ.
ꝙ iuſti ⁊ fortes maxime amanꝛ: q2 ſũt ma/
xime vtiles ⁊ in bello ⁊ in pace. Ad laud.

## De actib⁹ fortitudinis qui ſunt ſuſtinere grauia ⁊ aggredi ardua: ac de vitijs oppoſiti: Ser. XIII

Memẽto vt diẽ ſab/
ba. ſan. Exo. xx. Expediti vtcũ
q̃ȝ de virtute fortitudinis in ſe.
Iã de actibus illi⁹ breui ſtilo ꝓſequamur.
De quibus dicit Ambro. j. de offi. In duo/
bus generibus fortitudo animi ſpectatur.
Primo vt exteriora corpor' ꝓ minimis ha
beat: ⁊ quaſi ſuꝑflua deſpiciẽda magis q̃ȝ
expetenda ducat. Secũdo vt ea q̃ ſũma ſũt
omneſq̃ȝ res in quibus eſt honeſtas ꝑcla/
ra cũ intẽtione vſq̃ȝ ad effectũ ꝓſequatur.
hec ille. Hic primo queri põt an oĩe bo/
nũ ſit optabile: q2 ſi ſic tunc fortiter torq̃ri
⁊ magno animo vti ⁊ patienꝛ egrotare ⁊ ſi
milia eſſent optabilia. Rñdet ad hoc Sen.
epl'a. lxviij. dicẽs: Ut iſta optabilia ſint di
ſtingue. A me tormẽta abeſſe velim: ſed ſi
ſuſtinẽda fuerint vt me in illis fortiter ho/
neſte: animoſe gerã: optabo. Uelim nõ in/
cidere bellũ: ſed ſi ĩcido ⁊ vulnera ⁊ famẽ
⁊ omnia q̃ belloꝝ neceſſitas affert geram:
gratioſe optabo. Itaq̃ȝ nõ incõmoda opta
bilia ſunt: ſed virtus qua ꝑferunꝛ incõmo
da: nõ pati tormenta optabile eſt: ſed pati
fortiter. hec ille. Si hoc ſentit gẽtilis quid
tũc faciet chriſtianus. Secũdo queri põt
in q̃bus potiſſime ꝯſiſtit actus ipſius forti
tudinis: ꝑſertim cũ dicit Grego. vij. mora.
ꝙ iuſtoꝝ fortitudo eſt carnẽ vincere: volu/
ptatibus ꝯtraire: delectationẽ vite ꝑſentiſ
extinguere: ⁊ ſic maxime videꝛ eẽ circa de/
lectatiões. Ad hoc rñdet Tho. ſcd̃a. 2e. q.
cxxiij. ꝙ ad virtutẽ fortitudinis ꝑtinet im/
pedimentũ remouere quo retrahiꝛ volun
tas a ſequela ratiõis: ꝙ aũt retrahaꝛ aliq̃ſ
ab aliq̃ difficili ꝑtinet ad rõnẽ timoris: q̃ i/
portat receſſũ quẽdã a malo difficultatem
habẽte: ⁊ ideo fortitudo ꝑncipaliꝛ ẽ circa
timores reꝝ difficiliũ q̃ retrahere pñt volũ
tatẽ a ſeq̃la rõnis. Sȝ qñ oportet hmõi re/
rũ difficiliũ ĩpulſũ nõ ſolũ firmiꝛ tolerare
cohibendo timorẽ ſ ẽt aggredi moderate
qñ. ſ. oportȝ ea ad ſecuritatẽ in poſteꝝ ha/
bẽdã exꝛminare: qđ ꝑtinere videꝛ ad rõem
audacie: ideo nõ ſolũ eſt circa timores ſed
etiã circa audacias quaſi cohibitiua timo
rum ⁊ moderatiua audaciaꝝ. Pro quo



ſciẽdũ ꝙ fortitudo in ſuſtinẽdo laudabiliꝛ
ſm rectã rationẽ: tenet mediũ inꝛ timidita
tẽ ⁊ intimiditatẽ q̃ ſunt duo vitia oppoſita
fortitudini qđ ſic patet: q2 ad fortitudineȝ
ꝑtinet q̃dã timor ſ moderat⁹ ſm rectaȝ ra/
tionem: vt ſcȝ homo timeat qđ oportet: et
qñ oportȝ. Unde timor cõiter dict⁹ ſm ſu/
am rationẽ ĩportat vniuerſaliꝛ fugã ⁊ q̃tũ
ad hoc nõ ĩportat rationẽ boni ⁊ mali: ſicẽ
nec alie paſſiones: ⁊ ideo dicit phus in. iij.
Ethic. ꝙ paſſiones nõ ſunt laudabiles ne/
q̃ȝ vituperabiles: q2 ſcȝ nõ laudanꝛ neq̃ȝ vi
tuperanꝛ qui iraſcunꝛ vꝛ timẽt: ſed q2 cir/
ca hoc ordinate vꝛ inordinate ſe habẽt ſm
rectã rationẽ. Sed q2 hic modus rationis
corrũpi põt tã ꝑ exceſſuȝ q̃ȝ ꝑ defectũ: ideo
hec duo vitia ſcȝ timiditas q̃ importat ex/
ceſſũ timoris: ⁊ ĩtimiditas vꝛ inpauiditas
q̃ importat defectũ timoris ponunꝛ ꝯtra/
ria fortitudini q̃ eſt in tolerando: q2 timi/
ditas timet id qđ nõ oportet: vꝛ ſm ꝙ non
oportet. Intimiditas vo nõ timet qđ opor
tet timere: ⁊ ſic vtrũq̃ȝ excedit virtutẽ mo/
ralẽ que ponit modum ratiõis in materia
circa quã eſt. Hec aũt intimiditas ꝓuenit
ex eo ꝙ eſtiat mala oppoſita bonis q̃ amat
ſibi ſuꝑuenire nõ poſſe; qđ quandoq̃ȝ con/
tingit ex ſuꝑbia animi de ſe ꝑſumẽtis ⁊ ali
os ꝯtẽnẽtis ſm ꝙ diciꝛ Iob. iiij. Factus ẽ
vt nullũ timeat: oĩe ſublime videt. Aliq̃ȝ
vo cõtigit ex defectu ratiõis ſicut dicẽ phs
l. iij. Ethic. ꝙ celtę ꝑꝛ ſtulticiã nihil timẽt
⁊ vtraq̃ȝ intimiditas eſt vitioſa: niſi ex ſto
liditate inuincibili vltima excuſareꝛ a pec
cato. Ceteꝝ fortitudo que eſt in aggre/
diendo vꝛ inuadẽdo habet etiã vitiũ oppo
ſitũ qđ dicitur audacia: q2 phs in. ij. ⁊. iij.
Ethic. ponit audaciã fortitudini oppoſitã
Pro quo nota ꝙ audacia ꝓut eſt modera
ta ratione nõ ſonat in vitium ſed eſt paſſio
quedã nature. Uerũtamẽ nomina paſſio/
nũ q̃nq̃ȝ ſumunꝛ a ſuꝑabundãti: ſicut ira
ꝑ vitiũ diciꝛ nõ quecunq̃ȝ ſed ſuꝑabũdanſ
ꝓut ſcȝ eſt vitioſa: ⁊ hoc modo audacia ꝑ
ſuꝑabundantiã dicta poniꝛ eſſe pecacatuȝ
⁊ opponiꝛ fortitudini: ſicut omne vitiũ qđ
ĩportat ĩmoderantiã circa materiã alicu/
ius virtutis moralis opponiꝛ illi virtuti
morali: ſicut ĩmoderatũ moderato. Ter
tio queri põt de obiecto vꝛ materia fortitu
dinis: vtrũ ſcȝ ſolũ ꝯſiſtat circa ꝑicl'a mor
tis: ꝑſertim cũ dicat Aug. de morib⁹ eccle
ſie ꝙ fortitudo eſt amor facile tolerãs om/
nia ꝓpter id qđ amaꝛ. Et in. vj. muſice dici
tur ꝙ fortitudo eſt affectio que nullas ad/
uerſitates mortẽue formidat. Ad hoc dicẽ
dum ſm Tho. vbi. ſ. ꝙ ad virtutẽ fortitu/
dinis ꝑtinet vt hominis voluntatẽ tueaꝛ:
ne retrahaꝛ a bono ratiõis qđ firmiter te/
nere debet ꝯtra qđcunq̃ȝ malũ: nec etiam
ab hoc declinet ꝓpter qđcunq̃ȝ bonũ tẽpo
rale ꝯſequẽdũ: q2 nullũ bonũ corporale eq̃
ualet bono ratiõis: ⁊ ideo eſt ꝙ fortitudo
anime ꝓrie diciꝛ q̃ firmiter tenet volunta/
tẽ hominis in bono rationis ꝯtra maxima
mala: q2 qui ſtat firmus ꝯtra maiora cõſe
quẽs eſt ꝙ ſtet firmus ꝯtra minora ſ non
cõuertiꝛ: ⁊ ideo licet fortitudo bene ſe ha
bet in omnibus aduerſis tolerandis: non
tñ ex toleratione quorumlibet aduerſoruȝ
reputaꝛ quis ſimpliciter fortis: ſed ſolum
ex hoc ꝙ bene tolerat etiã maxima mala:
ex alijs aũt diciꝛ quis fortis tm̃ ſm quid:
cũ igiꝛ maxime terribile inter oĩa corpo
ralia eſt mors q̃ tollit oĩa. ſ. corpus ani/
mã ⁊ terrenã ſubſtantiã ac ſimilia: ideo di
citur eſſe ſimpliciꝛ circa pericula mortis: ⁊
licet dicat phus in. iij. Ethic. ꝙ maxime ẽ
fortitudo circa mortẽ q̃ eſt in bello: hoc tñ
intelligendũ eſt nõ ſoluȝ de bello generali
vbi decertant homines in acie: ſed etiã in
in bello priuato qualitercũq̃ȝ quis decer/
tat circa pericula mortis: vtpote cũ iudex
vꝛ priuata ꝑſona nõ recedit a iuſto iudicio
vꝛ teſtimonio ferendo timore gladij immi
nentis: vel cuiuſcunq̃ȝ mortiferi periculi:
vꝛ cũ quis nõ refugit amico infirmanti ob/
ſequi ꝓpter timorẽ infectiõis mortifere: vꝛ
cũ nõ refugit itinerare ad aliqđ piũ nego/
tiũ ꝓſequẽdũ ꝓpter timorẽ naufragij vꝛ la
tronũ ⁊ ſimilia. Martyrũ autẽ fortitudo q̃
ꝓpter ſummũ bonũ ꝑſonales ſuſtinẽt ĩpu/
gnatiões maxime cõmendaꝛ. De quibus
ait aplus. Fortes facti ſũt in bello. Ex his
patet ꝙ duplex eſt obiectũ vel materia for
titudinis. Primariũ eñ eſt ipſa mors: cu/
ius ratio eſt ſm Tho. in ſcripto Ethic. lib.
iij. quia mors inter omnia magis eſt timẽ/
da: vtpote inꝛ omnia magis terribilis: q2
terminus eſt hui⁹ vite poſt quẽ nulla trãſ/
mutatio relinquitur in bono vel in malo.
Secundariũ autẽ obiectũ ſunt ꝑicl'a ipſi/
us mortis q̃ etiã ſunt terribilia. Pro q̃ ſci/
endum ſm Tho. in. iij. ſcripto Ethic. ꝙ ali
qđ periculũ eſt terribile qđ excedit facul/
tatẽ humanã ꝑ quã ei reſiſti non poteſt: ſicẽ
terremotus: inundatiões maris ⁊ ſimilia:
huiuſmodi enĩ periculũ eſt terribile cuili/

bet ſapienti q̃ rectū habet iudiciū intelle/
ctus: ⁊ hoc malū homo timebit: ſed tñ ĩ ca
ſu neceſſitatis vl' vtilitat' timebit ſic opoꝛ/
tet: ⁊ ſicut recta ratio hominis iudicabit:
ita ꝙ ꝓpter timoꝛē taliū nō obſtupeſcat. i.
nō diſcedat a iudicio rationis: ſed ea ſuſti
neat ꝓpter bonū virtutis. Aliqđ etiā pe/
riculū vl' malū eſt terribile qđ tñ nō exce/
dit facultatē hominis ad reſiſtenduʒ erga
tale terribile: ſic homo debet eſſe diſpoſitꝰ
ad reſiſtendū vel ſufferendū ita ꝙ nō time
at illđ. Et addit alber. teu. ĩ ſcripto Ethic.
iij. ꝙ bene ſe habere in repentinis pericul'
eſt magnū ſignū virtutis: cuius ratio eſt:
qꝛ ſi pericła ſunt ꝓuiſa: pōt quis etiā ſi ha/
bitu foꝛtitudinis careat animū ſuū ex diu/
turna ꝓmeditatiōe ꝯtra pericula ꝓparare:
⁊ ſic in his ex iudicio rationis ſe bene ha/
bere: ſed ſi in repētinis bene ſe habʒ: ſignū
eſt ꝙ ſm habituʒ foꝛtis eſt vl' virtuoſus q̃
operat' etiā ſine deliberatiōe ꝑ modum na
ture: ⁊ ideo dicit Tho. ſcđa. 2e. q. cxxiij. ꝙ
in operatiōe foꝛtitudinis ſunt duo cōſide/
randa: vnū q̄tū ad eiꝰ electionē ⁊ tūc non
eſt circa repentina; qꝛ foꝛtis eligit ꝓuidere
pericula que poſſunt iminere vt ea poſſit
reſiſtere vel facilius ferre: qꝛ ſm Grego. in
omelia. Jacula minus feriūt q̃ preuident'.
Secundū vero q̄tū ad manifeſtationē vir
tuoſi habitus: ⁊ hoc maxime fit circa repē
tina: qꝛ ſm phm. iij. Ethic. Jn repentinis
periculis maxime māifeſtat' foꝛtitudinis
habitus: qꝛ habitus agit in modū nature:
vñ ꝙ aliq̃s abſq; ꝓmeditatiōe facit ea que
ſunt virtutis: cū neceſſitas iminet propter
repentina pericula: hoc maxime māifeſtat
ꝙ foꝛtitudo ſit habitualiter in anima ꝯfir
mata. Quarto queri poteſt de naturali
bus paſſionibus q̃bus foꝛtis vtit' in actu
ſuo: vtrū ſcʒ foꝛtis vtat' ira vl' alia paſſiōe
in actu ſuo ꝓſertim cū Sen. dic̄ in li. de ira.
Nō ad ꝓuidendū tm̄ ſed ad res gerēdas
ſatis eſt per ſeipſa ratio: ⁊ quid ſtultius eſt
q̄ hanc ab iracundia petere ſubſidiū: rem
ſtabilē ab incerta: fidelē ab infida: ſanam
ab egra. Ad hoc rñdet Tho. ſcđa. 2e. q. c
xxiij. ꝙ phi de paſſionibꝰ anime locuti ſūt
diuerſimode. Nā ſtoyci quoꝝ ſectatoꝛ fuit
Sen. iraʒ ⁊ alias anime paſſiones ab ani/
mo virtuoſi vl' ſapientis excludebāt: quia
vocabant anime paſſiones immoderatos
quoſdā effectus appetitus ſenſitiui q̃s ap
pellabant egritudines vl' moꝛbos: ⁊ illos
dicit Sen. nō eſſe aſſumēdos a ratiōe. Sed
peripathetici quoꝝ princeps fuit Areſto.
omnes motus appetitus ſenſitiui qualit'/
cunq; ſe habētes paſſiones anime nomia/
bant: ⁊ qꝛ appetitus ſenſitiuꝰ mouet' ꝑ ipiū
rationis ad hoc qđ cooperat' ad ꝓmtiꝰ a/
gendū: idcirco ponebāt irā ⁊ alias anime
paſſiones aſſumēdas eſſe a virtuoſis mo/
deratas ſcđm imperiū ratiōis: ⁊ ideo dic̄
phus in. iij. Ethic. ꝙ furoꝛ cooperat' foꝛti/
bus. Sic ergo dicendū ꝙ irā ratiōe mode
ratā aſſumit foꝛtis ad actū ſuū ꝓmptiꝰ agē
dū: nō aūt irā ĩmoderatā. Sed qꝛ foꝛtitu/
do duos actꝰ habet: ſcʒ ſuſtinere ⁊ aggre/
di: nō aſſumit irā ad actū ſuſtinēdi q̃ ē actꝰ
ꝓncipalioꝛ: qꝛ hunc actū ſola ratio ꝑ ſe fac̄
vt patet in martyribus. Sed ad actum ag
grediendi aſſumit irā: nō quaſi auxiliū ab
ea accipiēs: ſed qꝛ vtit' appetitu ſenſitiuo
vt inſtrumento ſicut ⁊ membꝛis coꝛpoꝛis.
Qꝛ ſi obijcitur ſicut ꝓpter irā aliq̃ vehe/
mentius opera foꝛtitudinis exequunt': ſic
etiā ꝓpter triſticiā vl' cōcupiſcentiā: qꝛ di/
cit phus in. iij. Ethic. ꝙ fere ꝓpter triſtici/
am ſeu doloꝛē incitant' ad pericula: ⁊ adul
teri ꝓpter ꝯcupiſcentiā mlta audacia ope/
rant'. Ad hoc dicendū ꝙ foꝛtis in aggre/
diendo vl' inuadēdo magis aſſumit irā q̄
alias paſſiones qꝛ ad irā ꝑtinet inſilire in
rē ꝯtriſtantē: ⁊ ſic directe cooperat' foꝛtitu
dini in aggrediendo: triſticia vero ſm pꝛo
pꝛiā rationē ſuccūbit nociuo: ſed ꝑ accidēs
coadiuuat ad aggrediendū inq̄tuʒ ſcʒ eſt
cauſa ire vl' inq̄tū periculo q̃s ſe exponit
vt triſticiā fugiat. Sic cōcupiſcentia ſm ꝓ
pꝛiā rationē tendit in bonū delectabile cui
ꝑ ſe repugnat aggreſſio ꝑiculoꝝ: ſed quā/
doq; ꝑ accidēs coadiuuat ſcʒ inq̄tum peri
cula quis potius vult incidere q̄ delecta/
bili carere. Et ꝯcludit Tho. ĩ ſcripto Ethi
co. li. iij. ꝙ foꝛtitudo habet rationē virtut'
⁊ actus eius habet rationē actus virtuoſi
ex tribus. Primo ex ratione: ⁊ ſciēs ꝙ ptʒ
ꝑ locū ab oppoſitis ſic. Si oppoſitū in op/
poſito ſic ⁊ ꝓpoſitū in ꝓpoſito: ſed q̃ ope/
ratur bonū ꝑ ignoꝛantiā: licet bonꝰ vl' vir
tuoſus appareat nō tamē ē. Similit' ſi ope
ratur opera foꝛtitudinis ꝑ ignoꝛantiā non
eſt vere foꝛtis. Si vero ſcienter tunc foꝛtis
eſt: dūmodo ex ratione fiat nō ex paſſione
vt dicit Alber. ibidē ꝙ foꝛtis virtuoſus ꝓ/
uſq; ad pericula veniat eſt quietus: qꝛ non
agit ex impetu paſſionis ſed ex deliberati/
one rationis: qñ autē eſt in operibus diffi
cilibus eſt actus virilis ⁊ ꝓmptus: qꝛ in/



diciū rationis ex quo agit nō vincit' ab a/
liqua difficultate. Secundo vero ex ele/
ctione foꝛtis eſt virtuoſus: ſcʒ opat' ex ele/
ctione gratia alicuius boni. Nam ſi face/
ret ex paſſione repellente ad pericula ſub/
eunda: vt ira: vel retrahente a timoꝛe moꝛ
tis aut periculoꝝ moꝛtis: vt ſpes: nō tamē
eſſet vere foꝛtis: nec actū vere foꝛtitudinis
exerceret. Tertio ex finis intētione: qꝛ ſm
Aug. li. de moꝛibus eccłie. Scđm ꝙ finis
eſt laudabilis vl' culpabilis: ſm hoc opera
noſtra ſūt laudabilia vl' vituperabilia. Fi
nis igitur eſt duplex. ſ. ipſa res ⁊ vſus ipiꝰ
rei. Exempli gratia: finis auari vt ipſa res
eſt ipſa pecunia: finis vero vt vſus rei eſt
ipſa poſſeſſio: ſic a ſimili finis vltimus om
niū rerū eſt ipſe deus: finis vero pꝛoximus
eſt aſſecutio dei. Et ille finis non eſt vnicꝰ
ſed multiplex: quia nō omnes eodē modo
deū aſſequunt'.

## De potiſſimo actu foꝛtitudinis ſcʒ martyrio ⁊ de his que requirū tur ad martyriū q̄tuʒ ad materiā ⁊ cauſam: Sermo XIIII

m Emento vt diem
ſabbati ſāctifices Exo. xx. Nūc
autē oꝛdine cōgruo de actu po/
tiſſimo ipſius foꝛtitudinis ꝓſequamur: q̃
A eſt ipm martyriū. De quo queri pot vtꝝ
martyriū ſit actus virtut': ꝓſertim cū actꝰ
virtutis debet eſſe volūtarius ⁊ licitꝰ: mar
tyriū autē fuit aliqñ nō voluntariū: vt pa/
tet de innocentibus ꝓ chꝛiſto occiſis. Ali/
quando etiā illicitū: vt patet in quibuſdā
feminis q̃ ſeipſas necauerūt ad cōſeruādā
pudicitiā: de quibus dicit Aug. j. de trini.
ꝙ quedā ſancte femine in tpe ꝑſecutionis
vt inſectatoꝛes ſue pudicitie deuitarent ſe
in fluuiū ꝓiecerūt: eo q; modo moꝛtue ſūt
⁊ eaꝝ martyria in eccłia catholica venera/
tione celeberrima frequentant': nec etiam
videt' eſſe actus vnius virtutis ſed pluri/
marū: vt fidei: charitatis: foꝛtitudinis et
patientie. Ad hoc rñdet Tho. ſcđa. 2e. q.
cxxiiij. ꝙ ad virtutē ꝑtinet ꝙ aliq̃s in bo/
no rationis ꝯſeruetur. Bonū igit' ratiōis
ꝯſiſtit in veritate ſicut in ꝓpꝛio obiecto: et
in iuſticia ſicut in pꝛopꝛio effectu: pertinet
autē ad rationē martyrij vt aliquis firmit'
ſtet in veritate ⁊ iuſticia: contra ꝑſequenti
um impetus nec eas deſerat propter immi
nentia pericula moꝛtis que quaſi in quo/
dam certamine ꝑticulari a perſecutoꝛibus
imminent: vnde de martyribus dicit Cy/
pꝛianus in quodā ſermōe. Vidit admirās
preſentiū multitudo celeſte certamen: ⁊ in
pꝛelio ſtetiſſe ſuos chꝛiſti: voce libera: mē
te incoꝛrupta: virtute diuina: vnde mani/
feſtū eſt ꝙ martyriū eſt actus virtutis: ⁊ li
cet ad actū virtut' vt deo reddat' accepta/
bilis liberū arbitriū requirat' in his q̃ vſū
rationis habēt: q̄uis rarū inuenit' marty
riū qđ non ex aliqua ſuppoſitione fuit co/
actū: eo ꝙ multi martyriū declinaſſēt ſi ſi/
ne peccato potuiſſent: vt patet latiꝰ in ſer/
monibus de diuerſis in vltimo ſermone.
Tamē martyrij gloꝛiā quaʒ in alijs ꝓpꝛia
volūtas meretur: innocētes occiſi per in/
effabilem dei gratiam ſunt aſſecuti: ⁊ effu/
ſio ſanguinis propter chꝛiſtum gerit viceʒ
baptiſmi: vnde ſicut in pueris baptizatis
per gratiam baptiſmalem meritum chꝛiſti
operatur ad gloꝛiam obtinendā: ſic etiam
occiſis propter chꝛiſtum merituʒ martyrij
chꝛiſti operatur ad palmā martyrij conſe/
quendam. Hinc dicit Auguſti. in ſermone
quodā alloquens eos. Jlle de veſtra coꝛo
na dubitabit in paſſiōe pꝛo chꝛiſto: qui eti
am paruulis baptiſmū ꝓdeſſe nō eſtimat:
chꝛiſti non habebatis etatē qua in paſſuꝝ
chꝛiſtum crederetis: ſed habebatis carnē
qua pꝛo chꝛiſto paſſuro paſſionē ſuſtinere/
tis. hec ille. Rurſuʒ de feminis que ſeipſas
necauerunt credēdū eſt: ꝙ ſicut dominus
ꝓcepit abꝛae occidere ⁊ immolare filiū ſu/
um: nec per hoc reus iudicabatur filicidij
conſtrictus precepto dñi qui eſt auctoꝛ vi/
te ⁊ moꝛtis: ſicut dicit Auguſti. j. de trini.
poſſibile fuit ꝙ aliquibus fidedignis teſti
ficationibus diuina perſuaſit auctoꝛitas
eccleſie: vt dictarū ſanctarū memoꝛiā ho/
noꝛarent: que inſtinctu diuino pꝛopꝛiā vir
tutē necauerūt. Deniq; licet ſubire mar
tyrium ſit actus quattuoꝛ virtutum: ſcili/
cet charitatis vt imperātis: quia dic̄ Ma/
ximus in ſermōe ꝙ charitas chꝛiſti in mar
tyribus ſuis vicit: ⁊ foꝛtis eſt vt moꝛs di/
lectio: vt dicitur in Canticis: ſine qua etiā
charitate nec martyrium prodeſſet. iuxta
illud. j. Coꝛinthio. xiij. Si tradidero coꝛ/
pus meū ita vt ardeā charitatem autē nō
habuero nihil mihi ꝓdeſt: ſic etiā charitas
cooperat' in oībus virtutibꝰ ⁊ actibꝰ meri
toꝛijs. Scđo eſt actꝰ foꝛtitudinis vt timoꝛis

excludētꝭ ⁊ actū eliciētis. Hinc dr̄ ad Heb.
xj. Fortes facti ſunt in bello: q̄a fortitudo
ſe habet vt motiuū ꝓpriū ꝑ modū virtutiſ
elicientis ſicut charitas ſe habet vt moti/
uum primū ⁊ principale ꝑ modū virtutꝭ ī/
perantis. Tertius eſt actus fidei vt ī deo
tanq̄ȝ in vltimo fine cōfirmantis: nā fides
ꝓponit obiectū fortitudinis. i. ſummū bo/
nū ⁊ in martyrio homo ꝯſtanť ꝯfirmať in
bono dū ꝓpter īminentia pericula mortis
fidē ⁊ iuſticiā nō deſerit. Nec mirum q̄ꝛ ſi
fortitudo ciuilis ⁊ acq̄ſita firmat animum
hominis in iuſticia humana ꝓpť cuius cō
ſeruationē pericula mortis ſuſtinet: multo
magis fortitudo ſpiritualis ⁊ gratuita fir
mat animū in bono iuſticie dei q̄ eſt ꝑ fidē
chriſti: vt diciť ad Ro. iij. ⁊ ſic martyrium
cōparať ad fidē ſicut ad finē: ſicut in q̄ ali/
quis firmať. Nā in actu fortitudinis duo
ſunt: vnū eſt ip̄a firmitas q̄ q̄s nō cedit cō
trarijs ꝓhibentibuſ ab illo bono: ⁊ in hoc
cōſiſtit eſſentia fortitudinis. Aliud eſt bo/
nū in quo fortis firmať: ⁊ hoc eſt fortitu/
dinis finis q̄ꝺ bonum oſtendit illi fides.
Quarto eſt actus patientie vt ſuſtinentis
⁊ ſic ꝯcomitanť in martyribꝰ patientia cō
mendať: de qua videbiť infra. Magis ꝓ/
prie tñ attribuiť martyriū actui fortitudi/
nis q̄ ꝯfirmat hominē ī bono vſq̄ȝ ad mor/
tē incluſiue malis reſiſtēdo. Secūdo ve/
B ro queri pōt vtrū martyriū ſit actus maxi
me ꝑfectionis: ꝓſertim cū id ad ꝑfectionez
vite ꝑtinere videať: q̄ꝺ cadit ſub ꝯſilio nō
ſub p̄cepto: ſed martyriū videť eſſe de ne/
ceſſitate ſalutis: q̄ꝛ diciť Ro. x. Corde cre/
ditur ad iuſticiā: ore aūt ⁊c̄. Et iterū. j. Joh.
iij. Si chriſtus pro nobis animā ſuā poſu/
it: ⁊ nos debemus animā ponere ꝓ fratri/
bus. Ad hoc dicēdū q̄ vt dictū eſt in mar/
tyrio ſunt quattuor actus virtutū. Prout
igitur martyriū eſt actus elicitus a forti/
tudine: nō eſt actus maxime virtutis ⁊ ꝑ/
fectiōis ſicut nec fortitudo a qua martyri/
um eliciť ea excellētior inť virtutes vt p̄di
ctū eſt. Secūdo vero ꝓut eſt actus ad fidē
⁊ dilectionē ordinatꝰ: ſic etiā nō eſt maxie
ꝑfectiōis actus ſ₃ finis ad quē ordinať ē ꝑ
fectior martyrio. ſ. bonū diuinum vľ fides
chriſti vľ dilectio. Tertio ꝓinde ꝓut eſt ꝑ
patientiā toleratꝰ nō eſt maxie ꝑfectiōis: ſi
cut nec patiētia qua talis tolerantia demō
ſtrať ꝓut videbiť īfra. Quarto deniq̄ȝ ꝓ/
ut ē actꝰ imperatꝰ a charitate: tūc inť om/
nes actꝰ virtutū magꝭ oñdit ꝑfectionē cha
ritatis: q̄ꝛ tāto magis oñdit q̄s aliquā rē
amare: quāto ꝓ ea rē magis amatā cōtē/
nit: ⁊ rē magiſ odioſā eligit pati: ſ₃ inť om/
nia bona p̄ſentis vite homo maxime dili/
git ꝓpriā vitā: ⁊ ecōtra maxime odit mor/
tē: p̄cipue cū doloribꝰ corporaliū tormēto/
rū: quoꝝ metu ⁊ bruta aīalia a maximiſ vo/
luptatibus abſtrahunť: vt dicit Augꝰ. in
li. lxxxiij. q. Hinc ait dñs Joh. xv. Maio/
rē hac charitatē nemo habet vt animā ſuā
po. ⁊c̄. Nec cadit martyriū ſub p̄cepco ab/
ſolute quaſi debitū ſed cōditionatū: vt di/
cit Tho. in. iiij. quotľ. q. xx. ſ. quo ad p̄pa/
rationē animi: q̄ꝛ hō debet animuȝ habere
p̄paratū q̄ poꝰ ſe ꝑmitteret occidi q̄ chri/
ſtum negaret vľ mortaliter peccaret: ſicut
etiā illud Matth. v. Si quis te ꝑcuſſerit ī
vnā maxillā p̄be ei ⁊ aliā. p̄ceptū eſt ſm̄ p̄/
parationē animi ſc₃ ſi opus eēt ⁊ ſalus ali
orū exigeret: patienter aliā alapā ſuſtine/
ret: ⁊ ideo nō eſt ꝯtra ꝑfectionē martyrij ſi
in aliq̄ caſu ſit de neceſſitate ſalutꝭ. Ter/
tio p̄cipaliter queri pōt de ſupplicio quo
martyriū ꝑficiť: vtrū. ſ. ad cōpletū marty
riū requirať pena mortis: p̄ſertim cū dicit
Grego. q̄ ſine ferro martyres eſſe poſſumꝰ
ſi patientiā veraciť ī anima ſeruamꝰ: ⁊ ma
xime q̄ꝛ Hiero. dicit in ſermone de aſſum/
ptione. Recte dixerim q̄ dei genitrix virgo
⁊ martyr fuit: q̄uis ī pace vitā finiuit: vñ
⁊ beati marcelli pape martyriū celebratur
qui tñ fuit in carcere mortuus. Ad hoc re/
ſpondet Tho. ſcd̄a. 2ᵉ. q. cxxiiij. q̄ martyr
in greco ē idē q̄ teſtis latine: q̄ꝛ martyres
teſtimoniū reddūt fidei chriſtiane. iuxta il
lud Act. j. Eritis mihi teſtes ⁊c̄. Hinc dic̄
Maximꝰ in ſermōe quodā: q̄ mater mar/
tyrij fides catholica ē: in quā illuſtres ath
lete ſuo ſanguine ſubſcripſerūt ꝑ quā fidē
nobis viſibilia ꝓ inuiſibilibꝰ ꝯponunť cō
temnenda: vt diciť ad Heb. xj. Ad marty/
riū ergo ꝑtinet vt homo teſtificeť fide oſtē
dens opere ſe cuncta p̄ſētia ꝯtēnere vt ad
futura ⁊ inuiſibilia bona ꝑueniat: q̄diu au
tē homini remanet vita corporalis nōdum
ope oſtendit ſe tēporalia cuncta deſpicere.
Conſueuerūt eñ homies ⁊ cōſanguineos
⁊ omnia bona poſſeſſa cōtemnere: ⁊ etiam
dolores corporis pati vt vitā cōſeruēt: vn/
de ⁊ ſathan ꝯtra Job induxit: Pelleȝ pro
pelle ⁊ cūcta que habet homo dabit ꝓ ani
ma ſua. i. pro vita corporali: ⁊ ideo ad ꝑfe/
ctā rationē martyrij req̄riť q̄ aliquis mor
tem ꝓ chriſto ſuſtineat. Martyriū ergo



dupliciter ſumi pōt. Primo ſimilitudina/
rie vel imꝑfecte: ⁊ ſic Berñ. in q̄dā ſermōe
martyriū accepit. dicens: Nō martyrium
grauius ē q̄ inter epulas eſurire: inter ve/
ſtes multas ⁊ p̄cioſa indumenta algere: in
ter diuitias paupertate p̄mi. Et ſic pro mar
tyrio accipiť quicquid aduerſitatꝭ ⁊ pena/
litatis citra mortē ex charitate ꝓ deo tole/
rať. Secūdo vero ſumiť ꝓprie ⁊ perfecte:
cū ſc₃ ex charitate quis mortē ſuſtinet pro
pter chriſtum. Unde aliquis nō diciť pro/
prie vel efficitur martyr ꝓpter tolerātiam
cōtumeliarū: plagarū: carceris: exilij: rapi
ne: diuitiaꝝ ⁊ ſimiliū: niſi forte ſ₃ q̄ mors
ſequitur ex p̄dictis: l₃ actus martyrij mul
tum meritorius eſt etiā in his qui pꝰ mor/
talia vulnera pro chriſto ſuſcepta: vľ queſ
cunq̄ȝ alias tribulatiōes pro chriſto ſuſce/
ptas ꝯtinuatas vſq̄ȝ ad mortē: quas a per
ſecutoribus ꝓ fide chriſti patiunť diu vi/
uunt: ſicut etiā eodē tēpore idē actus meri
torius ē quo hmōi afflictiōes patiuntur.
C Quarto principaliter queri pōt: de cau/
ſa legitima ip̄ius martyrij: que ſc₃ actꝰ tā
excellens meritorius reddať: vtrū ſcilicet
ſola fides ſit cauſa martyrij: p̄ſertim cum
diciť. j. Pe. iiij. Nemo veſtrū patiať qua/
ſi homicida: aut fur: aut aliquid hmōi. Si
autē vt chriſtianus nō erubeſcat: glorificet
autem deū iuſto nomine: ſed ex hoc diciť
aliquis chriſtianꝰ q̄ tenet fidem chriſti. Et
Maximus ī ſermōe: mater martyrij fides
ē catholica. Ad hoc rñdet Tho. vbi ſupra
q̄ martyres dicunť quaſi teſtes: q̄ꝛ ſc₃ cor
poralibus ſuis paſſionibꝰ vſq̄ȝ ad mortem
teſtimoniū veritati perhibēt: ⁊ nō cuicūq̄ȝ
ſed veritati que ſ₃ pietatē eſt ⁊ que ꝑ chri/
ſtum nobis innotuit: huiuſmodi aūt ē ve/
ritas fidei: ⁊ ideo cuiuſlibet martyrij cau/
ſa eſt fidei veritas. Sed ad fidei veritatem
nō ſolū pertinet ip̄a credulitas cordis ſed
etiā exterior ꝓteſtatio que quidē nō ſolum
fit ꝑ verba quibꝰ aliquis cōfiteť fidem: ſ₃
etiā ꝑ facta quibus aliquis ſe fidē habere
demonſtrat. ſm̄ illud Jaco. ij. Ego oſtēdaȝ
tibi ex operibus fidē meam. Hinc ꝑ oppoſi
tum diciť de quibuſdam ad Titū. j. Con/
fitenť ſe noſce deum: factis autē negant: ⁊
ideo omniū virtutum opera ſm̄ q̄ referū/
tur in deū: ſunt quedā ꝓteſtationes fidei
ꝑ quā nobis innoteſcit: q̄ deus huiuſmōi
opa requirit: ⁊ nos ꝓ eis remunerat: ⁊ ſm̄
hoc poſſūt eē martyrij cā: ⁊ ideo vt chriſtianꝰ
patiť nō ſolum qui patiť ꝓ fidei ꝯfeſſione
que fit ꝑ verba: ſed etiā quecunq̄ȝ patitur
ꝓ quocunq̄ȝ bono opere faciendo: vel pro
quocunq̄ȝ peccato ꝓ chriſto vitando: quia
hoc totū ꝑtinet ad fidei ꝓteſtationē. Ex q̄/
bus oībus cōcludiť: q̄ ꝓpria cā martyrij
ē bonū diuinū ſiue mortē quis tolerat pro
cōfeſſione fidei que fit per verba: ſiue pro
quocūq̄ȝ opere bono faciēdo vľ ꝓmouēdo
ſiue ꝓ quocūq̄ȝ malo ꝓ chriſto vitando vľ
impediendo: ⁊ in his tribꝰ omne genꝰ mar
tyrij includitur vel cōprehendiť. Unde ge
neraliter quis octo de cauſis martyr effici
tur. Primo pro fide catholica: ſicut beatꝰ
Stephanus ⁊ quaſi infiniti martyres. Se
cūdo ꝓ ſalute ꝓplī: vt chriſtiani: vt Seba/
ſtianus qui diu religionē chriſtianā abſcō
dens ſub clamide militari: tandē ad ꝯfor/
tandū puſillanimes in martyrio ſe manife
ſtauit. Tertio ꝓ iuſticia: vt Abel. Quar/
to ꝓ lege dei ꝯſuādā: vt Machabei. Quī
to ꝓ chriſto: vt inocētes. Sexto ꝓ obiur/
gatione vel reſiſtētia peccati: vt Johānes
baptiſta ⁊ Mattheus euāgeliſta. Septio
ꝓ aſſertione veritatis: vt Eſaias: Hiere/
mias. Octauo ꝓ libertate ⁊ defenſione ec/
cleſie: vt Thomas cantuarienſis. Et ſi ob/
ijciť q̄ thomas ꝓ bono hūano paſſus ē. ſ.
ꝓ rebus eccleſie. Dicendū q̄ ex quo bonū
humanū poteſt effici diuinū: ideo ſi refera/
tur in deum poteſt eſſe quodcūq̄ȝ bonum
humanū martyrij cauſa ſm̄ q̄ in deum re/
fertur. Ad laudem dei omni.

## De partibus integralibus forti tudinis que ſunt magnanimitas magnificentia: ⁊ de vitijs eiſdem oppoſitis: Sermo XV

Emento vt diem
m ſabb. ſan. Exo. xx. Poſt diſcuſ
ſionē virtutis q̄ fortitudo dr̄: vi/
dendū ē de eius ꝑtibꝰ q̄s Tulliꝰ in ſua re/
thorica q̄ttuor eē enumerat: q̄ ſūt magnifi
cētia: fiducia: patiētia: ⁊ ꝑſeuerantia. De
q̄bus p̄mo generaliť q̄ri pōt: vtrū ille par/
tes a Tullio ſūt ſufficienť enumerate: p̄re/
ſertim cū Macrobius ponit ſeptē eē ꝑtes:
ſilr̄ ⁊ Andronicꝰ. Areſtoteles etiā in. iij.
Ethico. ponit q̄nq̄ȝ modos fortitudinis.
Quaꝝ p̄ma ē politica q̄ fortiť opať ꝓpter
timorē exhonorati ōis vľ pene. Scd̄a ē mi/
litaris q̄ fortiter opatur ꝓpter artē ⁊ expe
rientiā rei. Tertia ē q̄ fortiter opatur ꝓpť
m

furorē ⁊ irā. Quarta ē q̄ fortiter opat̃ pro
pter ↄſuetudinē victorie. Quinta ē q̄ forti
ter opat̃ ꝓpter ignorantiā picloꝝ. Ad h̃
rn̄det Tho. ſcḋa 2ᵉ. q. cxxviij. ꝙ alicui⁹ vir
tutis pħt eē triplices ptes. ſ. ſubiectiue: in
tegrales ⁊ potētionales. Fortitudini ḡ ſꝫ
ꝙ ē ſpālis virtus: non pħt aſſignari ptes
ſubiectiue: eo ꝙ nō diuidit̃ i virtutes mul
tas ſpē differētes: qꝛ ē circa materiā valde
ſpālem. Aſſignant̃ aūt ei⁹ ptes q̄ſi integra
les ſm ea q̄ optet ↄcurrere ad actū fortitu
dinis: ⁊ potentionales ſm ea q̄ fortitudo
obſeruat circa difficilia. ſ. circa picula mor
tis. Aliq̄ aūt virtutes obſeruāt circa q̄dā
alias materias min⁹ difficiles: q̄ ꝟtutes
adiungūt̃ fortitudini ſicut ſecūdario ꝑnci
pali. Pro q̄ ſciēdū ꝙ duplex ē actus forti
tudinis. ſ. aggredi: ⁊ ſuſtinere. Ad actum
aggrediēdi duo requirunt̃: quoꝝ ꝑmū pti
net ad animi ꝑparationē. ſ. vt aliq̄s ꝓmptū
animū habeat ad aggrediēdū: ⁊ q̄tū ad h̃
ponit Tullius fiduciā. Vñ dicit ꝙ fiducia
ē ꝑ quā magnis ⁊ honeſtis reb⁹ multū ipē
anim⁹ i ſe fiducie cū ſpe collocat. ſecūdum
aūt ptinet ad opis executiōem: ne q̄s defi
ciat in executione illoꝝ q̄ fiducialit̃ incho
auit: ⁊ q̄tū ad hoc ponit magnificētiā: de
qua dicit ꝙ magnificētia ē reꝝ magnaruꝫ
⁊ excelſaꝝ cū animi ampla quadā ⁊ ſplēdi
da ꝓpoſitiōe cogitatio atq̄ adminiſtratio
id ē executio: vt ſcꝫ amplo ꝓpoſito nō de
ſit executio. Hec igit̃ duo ſi coartant̃ ad ꝓ
priā materiā fortitudinis. ſ. ad picula mor
tis: erūt q̄ſi ptes integrales ipſius: ſine q̄
bus fortitudo eē nō pōt: ſi ꝟo referant̃ ad
aliquas alias materias in quib⁹ ē minus
difficultatis: erūt ꝟtutes diſtincte ſm ſpe
ciē a fortitudine: tñ adiungent̃ ei ſicut ſe
cūdariū ꝑncipali: ſicut a pħo in. iiij. ethi.
magnificētia ponit̃ circa magnos ſūptus
⁊ magnanimitas q̄ videt̃ eē fiducie idē cir
ca magnos honores. Ad ſecūdū aūt actū
qui ē ſuſtinere ſilr duo requirūt̃: vnū ē ne
difficultate maloꝝ iminentiū frangat̃ ani
mus ꝑ triſticiā ⁊ decidat a ſua magnitudi
ne: ⁊ q̄tū ad hoc ponit patiam: de qua dic̄
Patiētia ē honeſtatis ⁊ vtilitatis cā: rerū
arduaꝝ ⁊ difficiliū voluntaria ⁊ diuturna
ꝑpeſſio. Aliud ē vt ex diuturna paſſiōe dif
ficiliū hō n̄ fatiget̃ vſq̄ ad hoc ꝙ deſiſtat:
iux̄ illud Heb. xij. Ut nō fatigemini aīmis
veſtris deficiētes: ⁊ q̄tum ad h̃ ponit pſe
uerantiā de qua dicit. Perſeuerātia ē i ra
tione bene ↄſiderata ſtabilis ⁊ ꝑpetua mā

ſio. Hec ergo duo ſi coartant̃ ad ꝓpriā ma
teriam fortitudinis: erunt partes quaſi in
tegrales ipſius. Si autem ad quaſcūq̄ ma
terias difficiles referant̃: erunt virtutes a
fortitudine diſtincte: ⁊ tamē eidem adiun
gentur ſicut ſecūdarie principali: ⁊ ꝑ hoc
pꝫ ꝙ partes integrales fortitudinis ſunt
a Tullio ſufficiētur enumerate. Tres autē
ꝟtutes que addūt̃ a Macrobio ⁊ Andro
nico: ſub illis q̄ttuor cōprehendunt̃. Pro
quo nota ꝙ macrobi⁹ ponit tolerātiam lo
co patientie: ⁊ firmitatē loco pſeuerantie.
Andronic⁹ autē ponit leniā loco patiētie:
de qua dicit ꝙ lenia ē habit⁹ ꝓuidus tri
buens ad conari q̄lia oportꝫ ſuſtinere que
rō dicit ⁊ virilitatem loco fiducie: de q̄ di
cit. Virilitas ē habit⁹ ꝑ ſe ſufficiēs imbut⁹
in his q̄ ſunt ſm virtutē. Inſup ſupaddit
Macrobi⁹ magnanimitatē ⁊ ſecuritatē q̄
a Tullio ſub fiducia cōprehēdunt̃: ſꝫ Ma
crobius magis ꝑ ſpecialia diſtinguit: qꝛ fi
ducia pertinet ad ſpei certitudinē: magna
nimitas vero ad magnitudinē rei ſperate:
ſpes aut firma eē nō poteſt niſi amoueatur
ↄtrariū. ſ. timor q̄ ſpei quodāmō ↄ̄riatur:
⁊ iō addit ſecuritatē q̄ excludit timorē: ſe
cūdo addit cōſtantiā q̄ ſub magnificentia
cōprehendi pōt: optet eñ in his q̄ magnifi
ce q̄s facit animū habere ↄſtantē. Uel pōt
ſub pſeuerantia cōprehendi: ex eo ꝙ ↄſtās
nō deſiſtit ꝓpter q̄cunq̄ repugnantia. An
dronic⁹ etiā ponit magnanimitatē cū ma
crobio. Ponit etiā eupſychiā qḋ dicit̃ bo
na aīoſitas: ⁊ videt̃ idē eſſe qḋ ſecuritas:
dicit eñ ꝙ ē robur aīe ad pficiendū opera
ipſius. Tertio magnificentie addit andra
gathiā: de q̄ dic̄ ꝙ andragathia ē viri ꝟtꝰ
adinuētiua ↄmunicabiliū opm q̄ſi viril̃ bo
nitas q̄ apud nos ſtrēnuitas dici pōt. Ad
magnificentiā eñ ptinet nō ſolū ꝙ hō con
ſiſtat in executiōe magnoꝝ operū qḋ perti
net ad ↄſtantiā ſed etiā vt cū q̄dam virili
prudentia ⁊ ſollicitudine exequat̃ ea: qḋ ꝑ
tinet ad ādragathiā ſiue ad ſtrēnuitatē: et
ſic oēs ille ptes i q̄ttuor principales redu
cunt̃. Porro q̄nq̄ poſita ab Areſto. defici
unt a vera rōne ꝟtutis: qꝛ licet cōicant in
actu fortitudinis: differūt tñ in motiuo: ⁊
iō nō ponunt̃ ptes h̃ modi fortitudinis.

Scḋo ꝑncipalr̃ q̄ri pōt in ſpāli: ex q̄ fidu
cia nō pōt ꝓprie loquēdo noīare virtutē ali
quā ſꝫ ↄditionē aliquā virtutis noīare pt:
⁊ ꝓpter hoc a Tullio noīatur inter ptes for
titudinis: nō quaſi virtus adiūcta niſi ſm



ꝙ accipit̃ ꝓ magnanimitate: que ponit̃ a
Macrobio ⁊ Andronico ps integral̃ forti
tudinis. Utrū ſcꝫ magnanimitas que ſcꝫ
promptū reddit animū ad aggrediendum
difficilia ſit virt⁹ aliqua ⁊ pars fortitudi
nis: preſertim cum nulla virtus opponat̃
alteri virtuti: ſed magnanimitas opponit̃
humilitati: qꝛ magnanimitas que ē circa
honores dignū ſe reputat magnis: ⁊ etiaꝫ
alios cōtemnit: vt dicit̃ in. iiij. ethi. Cum
humilitas in ↄtrarium ē circa abiectiōes
ꝓprias cōtemnens ſeipm ⁊ alios honorās
Ad hoc dicēdū ſm Tho. ſcḋa 2ᵉ. q. cxxix.
ꝙ ad rōnem humane virtutis pertinet vt
rebus humanis bonū rōnis ſeruetur: qḋ
ē ꝓpriū hoīs bonum. Inter ceteras ḡ res
humanas exteriores ꝑcipuū locū tenēt ho
nores: ⁊ ideo magnanimitas que modum
rōnis ponit circa magnos honores eſt vir
tus. Et quia ē circa materiam determina
tam. ſ. honores: cū honor ſit quoddā ſpe
ciale bonū: ideo magnanimitas ſm ſe cōſide
rata eſt virtus quedā ſpecialis. Sed quia
honor eſt etiam cuiuſlibet virtutis ꝑmiuꝫ:
ideo ex cōſequenti rōne ſue materie reſpi
cit omnes virtutes. Nec etiā opponit̃ hu
militati magnanimitas: qꝛ in homine duo
reperiunt̃: nam ibidem inuenit̃ aliqḋ ma
gnū qḋ ex dono dei poſſidet: magnanimi
tas ergo facit ꝙ hō ſe magnis dignificet:
ſm cōſiderationeꝫ donoꝝ que poſſidet ex
deo: ſicut ſi habet magnam virtutē animi
magnanimitas facit qḋ ad perfecta opera
virtutis tendat. Et ſilr dicendū eſt de vſu
cuiuſlibet alterius boni: puta ſcīe vel exte
rioris fortune. Silr etiam alios ↄtēnit ſm
ꝙ deficiunt a donis dei: nō enim intantuꝫ
alios appciat̃ ꝙ ꝑ eis aliqḋ indecens fa
ciat. Sicut dicit̃ in pſ. de viro iuſto. Ad
nihilū deductus eſt in conſpectu eius ma
lignus. Qḋ ptinet ad ↄtemptū magnani
mi quo ↄtempnit cōdeſcēdere malicijs im
pioꝝ. Secūdo reperit̃ ibidē aliquis defe
ctus qui cōpetit ei ex infirmitate nature.
Humilitas ergo facit ꝙ hō ſe ipm ꝑuipen
dat: ſm ↄſiderationē ꝓprij defect⁹: ⁊ alios
honorat ac ſuꝑiores eſtimat: inq̄tū in eis
aliq̄d inſpicit de donis dei. Et ſic pꝫ ꝙ ma
gnanimitas ⁊ hūilitas non ſūt ↄ̄ria: q̄uis
in ↄ̄ria tēdere videant̃: qꝛ ꝓcedunt ſm di
uerſas ↄſideratōes. Ponit̃ inſup magna
nimitas ps fortitudinis: qꝛ iungit̃ ei ſicut
ſecūdaria ꝟtus ꝑncipali. Et ↄuenit in hoc
cū fortitudine: qꝛ ↄfirmat aīm circa aliqḋ



arduū: deficit aūt ab ea in hoc ꝙ ↄfirmat
animum in eo circa qḋ facilius eſt firmita
tem ſeruare: magis enim repugnat animi
firmitati arduum in malis q̄ arduum in
bonis. Deniq̄ tria vitia opponunt̃ ma
gnanimitati ſm exceſſum. Primū eſt pre
ſumptio: quia magnanimitas nō excedit
ꝓportionem ꝓprie facultatis: preſuptio ve
ro nitit̃ illam excedere. Secundū ē ambi
tio que importat inordinatum appetitum
honoris: quibus vtitur magnanimus vt
oportet. Tertium eſt vana gloria: que im
portat inordinatum appetitum glorie. ſ. q̄
rendo gloriam de eo qḋ nō eſt: vel qḋ nō ē
gloria dignū: aut quia q̄rit ab hominibus
aut quia gloriam nō refert in debitū finē:
puta ad dei honorem vel ad proximi ſalu
tem: ſed magnanimus moderate vtitur: ſi
cut honore ſic ⁊ gloria. Unum etiā vitium
opponitur magnanimitati ſm defectū ſcꝫ
puſillanimitas que ex animi paruitate ſe
retrahit a magnis que magnanimitas am
plectit̃. Tertio vero q̄ri poteſt: vtrū ma
gnificentia q̄ ſcꝫ ad operis cōſūmationem
deducit ea que magnanimitas aīo ꝓmpto
aggredi diſpoſuit: ſit virtus ſpālis ⁊ pars
fortitudinis: ꝑſertim cū ad magnificētiaꝫ
ptinere videt̃ aliqḋ magnū facere: qḋ ↄue
nire poteſt cuilibet virtuti ſi ſit magna: ſic̄
qui habet magnā virtutē tpantie facit ma
gnū opus tpantie. Ad h̃ rn̄det Tho. ſcḋa
2ᵉ. q. cxxiiij. ꝙ ſicut ḋr in. j. de celo. Uirtus
ḋr ꝑ cōparatōeꝫ ad vltimū: in qḋ potentia
pōt: nō quidē ad vltimū ex parte defect⁹: ſꝫ
ex pte exceſſus: cui⁹ rō cōſiſtit in magnitu
dine. Et iō opari aliqḋ magnū ex q̄ ſumit̃
nomē magnificētie ꝓprie pertinet ad rati
onem virtutis. Sꝫ facere aliquod magnū
dupliciť accipi pōt. Primo cōiter ꝓ q̄cun
q̄ actōe ſiue trāſeat i materiā exterioreꝫ: ſi
cut vrere ⁊ ſecare ſiue māeat i agēte ſic̄ itel
ligere ⁊ velle: ⁊ ſic magnificētia nō ē ꝟtus
ſpālis. Scḋo pōt accipi ꝓprie. ſ. opari ali
q̄d i exteriori mā: ſic̄ facere domū: eccliam
vl̃ ſilia: ⁊ ſic magnificētia ē ſpālis virtus:
qꝛ op⁹ factibile ꝓducit̃ ab arte: i cui⁹ vſu
pōt attēdi ſpālis rō bonitati ꝙ ipm opus
factū ꝑ artē ſit magnū. ſ. in quātitate: ꝑcio
ſitate vl̃ dignitate. Nec ſolū ad magnificē
tiā ptinet facere magnū: ſꝫ etiā ad magnuꝫ
faciendū aīo tendere: vt pꝫ in diffinitione
Tullij pri⁹ poſita. Et quia quidquid ad ꝑ
ſonā vniuſcuiuſq̄ ptinet ē aliqḋ paruū in
compatione ad id qḋ ↄuenit reb⁹ diuinis

vel rebus cōibus: iō magnific⁹ nō intēdit
ꝑncipaliter facere ſumpt⁹ in his q̄ ꝑtinent
ad ꝑſonā ꝓpriā: nō q꞉ bonū ſuū nō querat
ſed q꞉ nō eſt magnū reſpectiue ſed in reb⁹
tutis actus debitis circūſtantijs limitat:
quas ſi ꝓtereat non erit iam vtutis act⁹ ſ;
vitij. Unde ad pietatem ptinet officium et
cultum parentib⁹ exhibere ſm debitū mo
dum: nō eſt autē debitus modus vt plus i
tendat ad colendū patrem q̄ȝ ad colenduʒ
deum: ſed ſicut dicit Ambro. ſup Lucam.
Neceſſitudini legis diuine religionis pie
tas anteferat. Si ergo cult⁹ parentū abſtra
hat nos a cultu dei: iam nō eſſet pietas pa
rentū inſiſtere cultui cōtra deum: vñ dicit
Hiero. in ep'a ad Heliodox. Si pater in li
mine domus iaceat: ſi mater vbera q̄b⁹ te
lactauit oſtēdat: pcalcatū pge patrē: pcal
catam pge matrē: ⁊ ſicc' oculis ad vexillū
crucis euola: ſūmum genus pietatis ē in
hac re eſſe crudelē. Et ideo in tali caſu di/
mittenda ſunt officia pietatis in parentes
ꝓpter diuine religionis cultuʒ: quia dicit
Grego. ꝙ parētes quos aduerſarios i via
dei patimur: odiēdo ⁊ fugiēdo neſcire de/
bem⁹. Unde Hiero. vbi ſupra. Honora pa/
trem et matrē ſi te a vero patre non ſepat:
tādiu ſcito carnis copulā q̄diu ille ſuum
nouerit auctorē. Et idem iudiciū eſt ſi ſine
periculo mortalis culpe: ꝓpter ꝓpriaʒ fra
gilitatem vel aliam quācūq; occaſionē pa
rentib⁹ officia pietatis exhibere non poſſe
mus. Si vero debita obſequia parentib⁹

exhibēdo non abſtrahamur a diuino cul/
tu vel obſeruātia mandatoꝝ: etiā ſine no/
ſtro obſequio ſuſtentari nō poſſunt nō de/
bemus eis relictis intrare religionē: quia
trāſgrederemur p̄ceptū de honoratiōe pa/
rentū nam ſi eoꝝ curā deo cōmitteret: hoc
eſſet tēptare: cū habēs ex humano cōſilio
q̄d ageret: piculo parentes exponeret ſub
ſpe diuini auxilij: ꝙ ſi ſine eo parētes trāſi/
gere vitam poſſent: licitū eſſet illi deſertis
parentibꝰ religionē intrare: qꝛ filij nō tenē
tur ad ſuſtentationē parentū niſi cauſa ne
ceſſitatꝭ: vnde illud Luc. ix. vbi dn̄s dicē/
ti ſibi: pmitte me primū ire ⁊ ſepelire patrē
meū; reſpōdit: ſine vt mortui ſepeliāt mor/
tuos ſuos: tu aūt vade ⁊ annūcia regnum
dei: exponit Cyrillꝰ dicēs: ꝙ diſcipulꝰ ille
non petijt ꝙ patrē iam defunctū ſepeliret:
ſed adhuc viuentē in ſenectute ſuſtētaret:
vſq3 quo illū ſepeliret: qđ dn̄s non ꝯceſſit.
qꝛ erant alij qui eius curā habere poterāt
linea parentele aſtricti. Vn̄ generaliter pa
rentes plus obligant̄ ad puidentiā filio/
rū q̄ filij ad puidentiā parentū: cuiꝰ cau/
ſam aſſignat lyra ſup Matth. ix. dicēs: ꝙ
pater cū ſit pncipiū filij p ſe: obligat̄ ad p
uidendū filijs de doctrina ⁊ nutrimento:
non aūt ecōuerſo. Vnde dicit̄ .ij. Corꝭ. ix.
nec debēt filij theſaurizare parentibꝰ ſ3 pa
rentes filijs: ⁊ ideo nō licet parētibꝰ ingre
di religionē omiſſa cura filioꝝ: ſed debent
de eis curare vel de cura competenti eis p
uidere: filius aūt nō ſimpliciter curā parē
tum habere tenet̄ ſ3 p accidens ſc3 ſi pater
ſit in caſu neceſſitatꝭ i quo nō poſſit p aliū
ſibi ꝯuenienter ſubuenire: ⁊ ideo tali caſu
ceſſante pōt ⁊ debet etiā ꝯtra voluntatem
parentū religionē intrare. Ad hoꝝ etiā cō
firmationē habet̄ diſ. j. c. ius naturale: in
glo. ꝙ filij locupletes nutrire tenent̄ parē
tes egenos: ꝙ ſi parētes habēt vn̄ ſuſtēta/
re poſſunt vel aliq̄ artificio ſe iuuare pn̄t
tunc filij nō obligant̄: niſi ſit pſona cui nō
ꝯuenit operari: vt miles ⁊c. qui eoipſo ꝙ
eget lic3 opari poſſet: tn̄ eſt alendus: ⁊ ſic
iſtud preceptum eſt affirmatiuū ⁊ obligat
ſemp: ſed non ad ſemp: ſiliter parētes imo
fortiori vinculo tenent̄ filios nutrire etiā
etiam illegitimos: vt exp̄ſſe pat3 extra de
eo qui dux. in ma. quā pol. p adulte. c. cu3
haberet: in fi. in tex. ⁊ glo. Porro q̄ntū ad
ſcđm ſc3 illum qui iam in religione profeſ/
ſus eſt: dicendū ſm Tho. ⁊ Alex. an. ꝙ ta
lis reputat̄ iam q̄ſi mortuꝰ mundo: ⁊ ideo
non debet occaſione ſuſtētationis parētū
exire clauſtrū: i quo ꝯſepelit̄ chriſto: ⁊ ite/
rū ſe negocijs ſecularibꝰ implicare: tum p
pter paupertatem qua pprio carent: tū etiā
ppter obedientiā qua ſine licentia ſuoꝝ p̄
latoꝝ eis clauſtrū exire non licet. Tenet̄
tamē ſalua ſui p̄lati obediētia ⁊ ſue religi/
onis ſtatu: piū ſtudiū adhibere: q̄liter eiꝰ
parentibꝰ ſubueniat̄. Preterea lic3 talis
non ſit obligatus ad exhibitionē corpalē
honoris parentū: eſt tamē obligatꝰ ad ex/
hibitionē ſpūalem: ſc3 in reuerēdo: ꝯſolā/
do: orando: ad bonū inducendo: et ſalutē
aīe pcurando: ſalua ſemp obediētia ſupio
ris: nam in exhibitione ſpūali religioſus
maxime debet pficere p̄ceptum iſtud circa
parentes in qua p̄cipue cōſiſtit ꝯfirmatio
ad deū. Quinto deniq3 queri pōt: quare c
non eſt datū p̄ceptum de honore filioꝝ et
alioꝝ hominū ſicut de honore parētū. Ad
hoc rn̄det Aſten. li. j. ti. xxiiij. ꝙ ratio na/
turalis nō ſtatim dictat ꝙ aliq̄d ſit p aliq̄
faciendū: niſi cū homo aliquid debet: de/
bitū aūt filij ad patrē eſt maxime manife/
ſtum: ⁊ ideo ponitur ſub p̄cepto: vn̄ Eccī.
vij. Honora patrē tuū ⁊ gemitꝰ matris tue
nō obliuiſcarꝭ: memēto enī q̄m niſi p illos
non fuiſſes retribue illis quō ⁊ illi tibi: et
ideo non ponit̄ etiā ſub aliquo p̄cepto de
calogi vt aliqđ obſequiū vꝉ beneficiū ali/
cui niſi parentibꝰ impendat̄: parētes aūt
non videt̄ eſſe filijs debitores ppter aliq̄
beneficia ab eis recepta: ſed potiꝰ econuer
ſo filius q̄ eſt aliq̄d patris: ⁊ patres amāt
filios vt aliq̄d ipoꝝ: vt dicit̄ . viij. ethi. vn̄
eiſdē rationibꝰ nō ponunt̄ aliqua p̄cepta
ptinētia ad amorē filioꝝ: q̄bus non ponū/
tur aliqua p̄cepta ordinantia hoīem ad ſe
ip̄m: nemo enī vn̄q̄ carnem ſuam odio ha
buit. Et ſicut in p̄ma tabula vel in ordine
ad deū: p̄mū p̄ceptu3 ponit̄ de honore pn
cipij qđ eſt deus: ſic i ſcđa tabula vꝉ i ordi/
ne ad primū: p̄mum p̄ceptum ponit̄ đ ho
nore pncipij qđ ē homo: vt ſic vtrobiq3 pn
cipij dignitas honoret̄: nam q̄ parētes ho
norat deū ⁊ ſeip̄m honorat: vnde legit̄ ꝙ
q̄dam famoſus doctor erat pariſiꝰ multis
notus ⁊ dilectus: hoc audiens mater eius
paupcula: cogitauit viſitare filiū: ⁊ in tu/
nicella de burello venit pariſiꝰ: querens a
matronis p tali magiſtro q̄ reſponderunt
quid vultis ei: ego ſum inquit mater eius
tunc matrone refocillātes eam poſtea ve/
ſtibus bonis eam ornauerūt: ne magiſter
ille de vilitate matris verecūdiā pateret̄:
que cum veniſſet ad filiū ait: Ego ſum ma
ter tua. Rn̄dit magiſter: non credo: qꝛ ma
ter mea paupcula eſt: ⁊ tunica3 de burello
habere ꝯſueuit: et cum nullo mō vellet eā
agnoſcere: reducta tunicā ſuā induit: ⁊ ad
filium ſuum reuertit̄ ſedentē in medio do
ctoꝝ: qui ſtatim aſſurgēs matri caputium
depoſuit ⁊ amplexatus ē eā: dicēs: modo
ſcio ꝙ eſtꝭ mater mea qđ vbiq3 diuulgatū
p magno honore ei reputatum ē: ⁊ poſtea
ep̄s pariſienſis effectꝰ ē. Econtra vero de
inhonorantibꝰ ⁊ nō ſubueniētibꝰ pentum
neceſſitatibus: legit̄ in libro Apum. Ni i
normānie ptibus erat vir diues ſed igno/
bilis habēs vnicū filiū delicate nutritu3:
ꝯuenit ergo patrē miles q̄dam cū amicis
dicens: filia nobis eſt decora nimis ⁊ pru/
dēs p quā poſteritas tua exaltari poterit:
hanc filio tuo dabimus in vxorē: hoc me/
dio: vt cedas poſſeſſionibꝰ tuis vniuerſis:
⁊ filius tibi ⁊ matri q̄diu vixeritꝭ abūdā/
tiſſime puidebit. Hoc pater audiens ⁊ he
rens ſub dubio: tandē ab amicꝭ cōpulſus
eſt cedere bonis ⁊ qꝛ filius āno primo pa/
rētes honorauit: ſcđo tamē minꝰ: ⁊ tertio
inuerecundiꝰ q̄ decebat: quarto aūt anno
vxore ſuggerēte domunculā eis in oppoſi
to fecit: vbi nō modicā egeſtatē ptulerūt:
nā vix interdū audebāt itrare domū filij:
ſed p ſeruū mandabant ei q̄bus poterant
non carere. Accidit autē vt mater viſa au
cā infixa veru in domo filij: diceret viro:
me feminā magis decet paucis eſſe cōten/
tam: tu vade ad domū filij vt ſaltem ſemel
eſurientē animā ſaties: quē mox vt venien
tem filius vidit: aucam ab igne retraxit et
abſcondit: obuiuſq3 patri quid q̄reret inq̄
ſiuit: qđ pater intelligens diſſimulauit et
redijt: tunc filius puelle p̄cepit vt aucā ad
igne reponat: que bufonē maximū pectori
herentē inuenit: qua clamāte filius accur
rit: bufonēq3 niſus ē excutere: bufo x̄o re/
ſiliens faciem eius adeo fortiter inuaſit ꝙ
nulla arte deponi potuit: ꝙ ſi pars aliqua
monſtri tangeret̄ filius ita ſenſibiliter le/
debat̄ ac ſi in corde percuteret̄: ꝯterritus
igit̄ ⁊ cōtritus dioceſanū adijt et cōfeſſus
p penitentia recepit: ꝙ p omnes fines nor
mānie ⁊ gallie circūiens: euētum rei popu
lis enarraret: ⁊ ſic omnes parētes ⁊ filios
exēplo ſuo plenꝰ informaret: tandē ſāctoꝝ
q̄rūdā p̄cibꝰ liberatū: ⁊ ſubito diſparuiſſe
fedum monſtrū audiuimꝰ. Ad laudē dei.

## Quō debēt ali parētes a filijs ⁊ puideri: ac ecōtra quō filij etiā debēt a parentibus ali et prouideri: Sermo V

Honora patre3 tuu3
b ⁊c. Ad euidentiā āt eoꝝ q̄ tacta
ſunt in p̄cedēti ſermone q̄ri pōt.
Que ſūt onera q̄ pater p filio ſubire tene/
tur ſaltē nōdū emācipato. Ad h̄ rn̄det Jo.
an. i additiōibꝰ ſpeculi ſup rubrica: q̄ filij
ſūt legitimi: ꝙ. xiiij. ſūt onera q̄ pr̄ p filijs
hmōi ſubire habet. Primū ē alimentoꝝ p̄
ſtatio ⁊ educatio. Scđm ē ꝙ illꝭ q̄rat coniu
ges vel puideat đ alio ſtatu ſc3 eccl'iaſtico
vel religioſo. Tertiū ē ꝙ dotē vꝉ donatio/
nē ppt̄ nuptias tribuat. Quartū ē ꝙ i iu/
dicijs p illꝭ agat ⁊ ꝯſentiat. Quintū eſt vt
ipoꝝ tutelā gerat. Sextū vt onera nurus
ſubeat. Septimū vt ſibi debitū ſubſidium
bonoꝝ reliquat. Octauū vt q̄ñ teſtat̄ eos
inſtituat vꝉ exheredet: al's nō valeret. No
nū vt ex fructibꝰ aduenticioꝝ ſūptus liti/
gioꝝ faciat. Decimū ꝙ illos ſub caſuali vꝉ
mixta cōditione non inſtituat. Undecimū
vt ipoꝝ bona admiſtret ⁊ regat. Duodeci
mū vt in adeūda ex eoꝝ actibꝰ vel ꝯtracti/
bus actiōe: ꝙ iuſſu teneat vꝉ ꝙ ratū habe/
at. Tredecimū ꝙ i adeūda hereditate p fi/
liū iuſſū p̄ſtet vꝉ pmittat. Decimūq̄rtu3 ꝙ
plerūq3 patna pietas ꝯſiliū capiat p libe/
ris ſuis. Quibꝰ p̄miſſis iā pncipale ſcđ3 ē
pſequēdū ſc3 quō filij obligāt̄ ad parētū
ſuſtētatiōe3: qꝛ p̄ceptū iſtud nō ſolū intelli
git̄ đ reuerētia pentibꝰ exhibēda: ſ3 etiā đ
neceſſitatibꝰ ⁊ alimētꝭ corpalibꝰ miſtrā diſ:
dūmō patēter indigeāt. Primo igit̄ q̄ri
pōt q̄d i alimētoꝝ appellatiōe ꝯtineatur.
Ad h̄ dicēdū ꝙ i alimētoꝝ appellatiōe cō/
tinēt̄ oīa ad vitā neceſſaria: puta cibaria:
veſtes: habitatio ⁊ ſiꝉia: qꝛ ſine talibꝰ corpꝰ
ali nō pōt: h̄ pt3. x. q. ij. c. ep̄s: i glo. ⁊ plenꝭ
us i ſpe. q̄ fi. ſint legi. §. j. i p̄n. ꝯtinet̄ etiā i
ea ad medicinā egroto neceſſaria: vt i ſpe.
q̄ fi. ſint legi. §. j. i p̄n. x̄. ſ3 nūq̄d is. Et oīa
alia q̄ hoī natura demōſtrat eē neceſſaria:
verūtn̄ alimēta q̄ p̄ſtari debēt ſiue de iure
ſiue đ hoīs diſpoſitiōe p̄ſtanda ſūt: ſm fa/
cultates eiꝰ q̄ eadē habet p̄ſtare: vt pt3 ex̄
de eo q̄ dux. in matri. quā pol. p adul. c. cū
haberet: in tex. ⁊ glo. Scđo queri pōt: vtꝝ
ergo tenet̄ pater preſtare filijs ſpurijs vel

alijs illegitimis alimēta pſtim cuz ex̄ q̄ fi.
ſint legit.c. venerabilem: dicit tex. in fine
ꝙ ſeculares leges nō ſolū repellūt tales a
ſucceſſiōe pat̄na: ſ; etiā negāt eis alimēta:
⁊ allegat ibi glo. leges. Ad h̄ dicēdū ꝙ lex
canonica tāq̄ benigna ↄſiderauit tales il/
legitimos nō eſſe in culpa: vt ptz. lvj. di. c.
naſci. ⁊ ſm glo. in h̄ ↄcordat iuri naturali
ſm ꝙ dicim⁹: ꝙ liberoꝝ ꝓcreatio ⁊ educa
tio ab inſtinctu nature procedit: vt. j. di. c.
ius naturale: ⁊ ideo debēt ali. In h̄ ḡ caſu
rigori iuris ciuilis eq̄tas canonica pferen
da ē: vt dic̄ glo. in. c. cū haberet: ex̄ de eo q̄
du x. i ma. quā pol. p adul. Et q̄rit ibi glo.
nūq̄d de iure canonico tales illegitimi ſuc
cedēt in bonis: ⁊ r̄ndet ꝙ nō: q: lz h̄ decre
talis mādat eis alimēta pſtari: non t̄n eos
legitimat aut vocat ad ſucceſſionē patris:
vt de clādeſ. deſpō. c. vl. Proinde queri
pōt. Cū filij ſpurij de benignitate canoni/
ca p parētes ali debeāt: apud quē illud cō
pleri debeat. Ad h̄ r̄ndet glo. in dicto. c. cū
h̄ret: ꝙ fili⁹ minor triennio debet ali apud
matrē: maior v̄o triēnio debet ali apō pa/
trē: ⁊ allegat. C. de pa. po. §. nec filiuz: hoc
etiā ptz ex̄ de ↄuer. infide. c. vl. i tex. ⁊ glo.
ꝙ t̄n apud matrē fili⁹ minor triēnio ali de/
bet: itelligit Alan⁹ q̄n mater habet euz la/
ctare: ſi t̄n h̄ nō deceret: puta q: nobilis ē:
vel forte poſt diuortiū ē pfeſſa vl̄ monaſte
riū ingreſſa: tūc apud patrē debet ali. i. ex
pēſis patr: de iure eni eſt ꝙ mater lactare
debet filiū ꝓprijs vberib⁹: vt patz. v. di. c.
ad ei⁹: ſi t̄n eēt ↄſuetudo ꝙ alteri traderet
ad lactādū ⁊ p ↄn̄s ſcādalū eēt ſi mater eū
lactaret: vel ſi ſubeſſet alia legitima cauſa
ꝓpt̄ quā mater eū lactare nō poſſet: putat
Gaſpar d̄ chald. eū lactādū expēſis pr̄is.

B Quarto p̄terea q̄ri pōt an aliq̄ caſu pr̄ re
cuſare pōt ne filiū alat. Ad h̄ r̄ndet glo. in
dicto. c. cuz h̄ret: ꝙ ſic ex cauſa iuſta: puta
ſi fili⁹ patrē accuſauit ⁊ allegat i argumen
tū. l. ſi q̄s a liberis. §. ſi q̄s ex his. ff. de lib.
agno. qd̄ verū ē ſiue fuerit accuſatio facta
d̄ crimie capitali: ſiue etiā ex delatione pr̄
graue diſpēdiū paſſus ſit. Scd̄o ſi minor ē
triēnio fili⁹: ⁊ ſupeſt m̄r: quē caſū intellige
ꝓut iā dictū ē iā d̄ lactāte. Tertio ſi pater
ē inops ⁊ mater abundat. Quarto ſi ē ſpu
ri⁹ ⁊ h̄ de iure ciuili: ſec⁹ de iure canonico
vt dictū ē ⁊ hi q̄ttuor caſus colligūt ibidē
ex glo. Hoſti. aūt ex̄ d̄ ↄuer. infide. c. ij. ad/
dit duos caſus. Prim⁹ q̄n cōmittit ingra/
titudinē ↄ patrē. C. de alen. libe. ſi patrē:
⁊ cauſe ingratitudinis notā t̄ i. c. q̄ntaual
lis: de iureiur. in glo. ⁊ videbit̄ infra cum
aget̄ de exheredatiōe: vn̄ caſus ille multū
generalis ē ⁊ plēs cōplectit̄: q: ex q̄b⁹ cau
ſis pater filiū ⁊ fili⁹ patrē exheredare p̄nt:
ex eiſdē etiā alimēta denegare p̄nt: vt no.
Bar. i tractatu de alimēt: in. l. ſi q̄s a libe
ris. §. ſi q̄s ex his. ff. de libe. agno. Scd̄s ē
ſi fili⁹ habet artē vl̄ ſcit artē vn̄ viuat. ff. d̄
lib. agno. l. ſi q̄s a liber. Deniq̄ ſm Bar.
i tractatu de alimēt: ſocer tenet̄ alere nu/
rū inopē: ⁊ allegat. ff. d̄ li. ag. l. ſi q̄s a libe/
ris. §. nō t̄m: ſil̄r frēm frater alere tene/
tur: vt. l. mutus. §. manente. ff. de iur̄. dot̄.
Sil̄r mō heres extne⁹ filij tenet̄ alij patrez
vt ibi notat̄: p. l. ſi q̄s a liberis. §. parens:
ff. de libe. agno. Sic etiā monaſteriū alere
tenet̄ patrē monachi cū ſit ſuus heres cu/
iuſdā ſemimortui: vt i aut̄. ſi q̄ mulier. C.
de ſacroſanct eccleſijs. Tutor v̄o pupillo
denegās alimēta nō ſolū incidit iuſtā cau
ſam remouēdi: ſed etiā puniēdi: vt. l. fi. ff.
vbi pu. edu. de. et lege tutor: q̄ alimēta. ff.
de ſuſ. tu. ⁊ vaſallus vt dicit ibidē Bar. te
netur alere d̄n̄m egenum: al̄s feudū poſſit
ei licite auferri ꝓpter denegationē alimē/
toꝝ: vt extra coll. de iuramento fideli. c. j.
Deniq̄ ſacerdos tenet̄ vxori ⁊ filijs de ec
cleſie ſue bonis alimenta pſtare ſi non ha/
bent aliunde: vt ptz. xxxj. di. c. oīno. i glo.
ibi tamē loquit̄ de vxore ⁊ filijs nō aūt de
cōcubina: vide tex. ⁊ glo. Maritus multo
magis vxorem alere tenet̄ q̄n dotē habet:
q: dos ſeruire debet onerib⁹ matrimonij:
ꝙ ſi dotē nō habet nihilomin⁹ eam nutri/
re tenet̄: ſi vero opat̄: ⁊ idem etiā in here/
de viri matrimonio ſoluto: vt nota. in. l. ſi
pregra. ff. de op. li. Si v̄o non opatur viro
tunc non obligat̄ ad eam alendā: niſi furo
re detentā: vel niſi maritus eā expulerit ſi
ne cauſa rōnabili: q: tūc p eam nō ſtat quo
min⁹ opetur: ꝙ ſi pater ⁊ filius egeant di/
cit glo. in dicto. c. cū haberet: ꝙ mater ale/
re tenetur virum ⁊ filiū ſi facultas ſubeſt:
vt l. l. ſi q̄s a liber. §. vtꝝ: ⁊. l. penul. ff. de
li. agno. q̄ leges dicūt ꝙ mater ⁊ auus ma
tern⁹ aleret filiū ſi pat̄ nō ſupeſt aut egens
eſt. Dicit eni Bar. in primo tractatu: ꝙ tu
tor tenet̄ alere matrē vl̄ ſororē pupilli eḡ
tē: vt in. l. j. poſt p̄n. ff. de tu. ⁊ ra. diſ. Sil̄r
ſi tutor paup eſt nec habet vn̄ ſe alat: pōt
alere ſeip̄m de bonis pupilli: ſi diues eſt ⁊
abundat: vt in. l. j. §. ſi pupillus. ff. de tute/
lis ⁊ ra. diſ. Quinto autē queri pōt po/



natur caſus: pater carnalis ē infidelis vel
impius: ⁊ alter extrane⁹ eſt fidelis ⁊ iuſt⁹
⁊ eq̄liter egent: nec filius dare ſufficit vtri
ꝙ: cui potius ſubueniet: p̄ſertim cū dicit̄
Eccl̄i. xij. Da bono ⁊ ne receptis peccatorē:
benefac humili ⁊ ne dederis impio. Ad h̄
dicendū ꝙ in iſta queſtione doctores ↄtria
ſentiunt. Quidā eni dicunt ꝙ in hoc caſu
p̄ponēdus eſt extraneus ꝓpter auctēs in/
ductas: ⁊ ad h̄ facere videtur. lxxxvj. di. c.
nō ſatis: in tex. ⁊ glo. dicit eni Hiero. ꝙ in
paupibus nō tam paupta ꝙ religio ē at/
tendenda: vt ptz. xvj. q. j. c. q̄m q̄cq̄d. Idē
Ambro. ſup illud: ordinauit i me cha. dic̄
eni ꝙ p̄mo diligendus eſt de⁹: ſcd̄o paren
tes: tertio filij: poſtea domeſtici: q̄ ſi boni
ſunt malis filijs p̄ponēdi ſūt. Nimirū cuz
p̄hus dicat. viij. ethi. ꝙ amicicia pfecta eſt
q̄ eſt ꝓpt̄ virtutē: ⁊ q: multi doctores in cō
trariū ſentiūt: ideo dicit Petr⁹ cōmeſtor:
hāc q̄ſtionē eſſe nebulā ⁊ tenebroſā aquā
in nubibus aeris. Diſtinguēda eſt igit̄ h̄
queſtio: nam ſi loq̄mur de affectu dilectio
nis: tūc plus tenemur bonis exneis ꝙ ma
lis ꝓximis: ⁊ ſic auctas Ambro. itelligen
da eſt: q: magis debemus diligere bonos
exneos ꝙ malos ꝓpinquos. Si vero loq̄/
mur de corpali ſubuentiōe in neceſſarioꝝ
exhibitiōe: tūc ſi extrane⁹ bonus ⁊ fidelis
magis indiget vtiq̄ p̄ponēdus ē patri mi
nus indigēti: vt patz. lxxxvj. di. c. paſce fa
me morientē: ſi nō paniſti occidiſti: ꝙ ſi eq̄
liter indigēt: tūc dicit glo. iij. di. c. j. dicas
ꝙ patrē q̄liſcunq̄ ſit: debem⁹ extraneo p̄/
ponere: etiā ſācto i his que ſpectāt ad op⁹
miſcdie: ſcz i neceſſarijs ꝓuidēdis: cui⁹ ra/
tio eſt ſm Hein. boyc: q: cum exhibitio nu
trimēti ſit de iure naturali primeuo: cōmu
ni oībus aīalib⁹: ſm ꝙ non ē q̄rendū q̄s fi
delis ſit q̄s infidelis: q: nec hec aīalia diſ/
cernere ſcirent. Ergo q̄ iure patrem cogno
ſco: eodē ſcz ſubueniēduz indico: ⁊ ip̄m in
p̄miſſo caſu cūctis p̄fero. Preterea: ſi pa/
ter mal⁹ ē alia rōne videt̄ ſibi magis ſub/
ueniēdū: q: ſi moriat̄ aīe piculū iminet: ſi
viuat ſperādū ē de miſcdia dei q̄ non vult
mortē peccatoris: ⁊ q̄ non venit vocare iu/
ſtos ſ; peccatores. Hec etiā fuit opinio Ho
ſti. ⁊ Gof. ⁊ Ray. Tho. aūt ſcd̄a. 2ᵉ. q. xxxj
ponit adhuc aliā rōnez dicēs: ꝙ nulli⁹ be
nefactoris beneficiū ē tantū ſicut pr̄is vel
parentū. Et ideo parētes i recōpēſādis be
neficijs: ſūt oīb⁹ alijs p̄ferendi: niſi neceſſi
tas ex alia pte p̄pōderaret: vel aliq̄ alia cō
dicio: puta cōmunis vtilitas eccl̄ie vl̄ rei/
publice: cū eni bonū cōmune multoꝝ diui
nus ē ꝙ bonū vni⁹: dignū ē ⁊ v̄tuoſum ꝙ
q̄s p bono cōmuni reipublice ſpūalis vel
tpalis etiā ꝓpriā vitā exponat piculo. Sz
in ceter parentes oībus ſūt p̄ferēdi: ceteris
parib⁹. Et lz ↄdictū ē ꝙ parentes debēt the/
ſaurizare filijs: ⁊ nō ecōuerſo: t̄n i extreme
neceſſitat articulo: magis liceret deſerere
filios ꝙ parentes: q̄s nullo mō deſerere li
cet ꝓpter beneficioꝝ ſuſceptoꝝ obligatio
nē: vt ptz p p̄hm in. viij. ethi. hec Tho. cō/
cordat Pet. ſup. iij. di. xxix. Sexto cōſe/ C
quēter queri poteſt de patre q̄ lapſus ē in
hereſim: vtrum filius debet illū accuſare
⁊ prodere vel occultare ⁊ alere. Ad hoc re
ſpondet Aſten. ⁊ Alex. an. ꝙ pater heretti
cus aut ſibiip̄i t̄m officit: vtpote q̄n eſt oc/
culte: nec alicui p illā inficere q̄rit: ⁊ tunc
debet occultari ⁊ ali: aut etiā alios ſua pra
ua doctrina corrūpit ⁊ tūc tenet̄ fili⁹ accu/
ſare patrē: cui⁹ ratio ē: q: tenet̄ honorē pa
tris celeſtis p̄ferre honori patr carnalis:
vn̄ pater carnalis q̄ dehonorat patrē cele/
ſtem nō eſt ſuſtētādus. Sed filius in eo ca
ſu ↄſideret illō euāgelicū. Qui diligit pa
trē aut matrē plus ꝙ me nō eſt me dign⁹:
vn̄ Deut̄. xxxiij. d̄r ꝙ i laude leui. Qui di/
xit patri ſuo ⁊ matri ſue neſcio vos: ⁊ fra/
trib⁹ ſuis ignoro illos ⁊ neſcierūt filios ſu
os: hi cuſtodierūt eloquiū tuum ⁊ pactuz
tuū ſeruauerūt: ⁊ hoc ↄtigit quando iuſſu
Moyſi iterfecerūt idolatras chorizātes ⁊
zelati ſunt zelū d̄ni: vt ptz in Exodo. Se
ptimo inſup q̄ri pōt cū ſm legē canonicaz
filius ſpuri⁹ ali debeat a parentib⁹: vtꝝ ḡ
pater aliq̄d poſſit legare filio ſpurio p ali/
mēt. Ad h̄ Barto. ff. de his q̄ vt indigni.
l. fi. r̄ndet ꝙ ſic: p l̄raz: ex̄ de eo qui du x. in
ma. quā pol. p adul. c. cū haberet: vbi pa/
pa p̄cipit ꝙ talib⁹ a parētib⁹ debet fieri ꝓ
uiſio neceſſitatū: ſm ꝙ parētib⁹ ſuppetūt
facultates: dūmodo t̄n nō leget eis imode
rate. Poterit etiā ſic legare ꝓ alimētis in
vita filij: ꝙ poſt eius obitū legatū cedat fi
lijs filij. Idē tenet Baldeuom⁹. C. d̄ ſacro
ſanc. eccle. l. j. Et idē dicit Bar. in dicta. l.
fi. de dote: q: pater pōt legare filie ſpurie
ꝓ dote eadē rōne: qd̄ nota ſingulariter: q:
ſepe accidit: ⁊ licz leges ↄdicāt q̄ tales nō
ſolū repellūt a ſucceſſione paterna: ſ; etiaz
negāt ip̄is alimēta: vt ptz ex̄ q̄ fi. ſint le. c.
p venerabilē: in fi. qd̄ inductuz ē de rigore
iuris ciuilis i de teſtatiōe crimis: vt dicit

glo.in dicto.c.cũ hrẽt:tñ valebũt legata ꝓ
miſſa etiã ĩ terris q̃ nõ ſunt ecclie:qꝛ vt dič
ibidẽ glo.ad fi. hoc ius ꝑfert ciuili:quia
innitit iuri naturali:eo ꝙ educatio filioꝝ
ẽ de iure naturali. Oꝛ ſi querit: vtruz ꝗ
mulier poſſet filios ꝺ adulterio ſuſceptos
ſibi ſucceſſores heredes ĩſtituere. Ad hoc
dicendũ ꝙ ſic:qꝛ q̃libet põt ſibi heredẽ in/
ſtituere cũ q̃ nõ ꝓhibet:ſeruata ſemꝑ legi
tima ꝑte liberis ſuis.De q̃ legitima vide/
bit in ſermone ſcđo ſequẽti. Verũtñ vir le
gitimos habẽs filios:ſi viuente vxore du
cat aliã ſcientẽ illud impedimentũ:ꝛ ex ea
filiũ vel filios habeat:ſm Guil.tales filij
adulterini nõ pñt patri ſuccedere in here/
ditate:ſed tenent reſtituere totã heredita
tem filijs prioris matrimonij: cũ oĩb⁹ fru/
ctibus mala fide ꝯſũpt(:quãtũcũqꝫ opor/
teat eos egere vel mẽdicare:niſi bona fide
cõpleta ſit legitima ꝑſcriptio:maxĩe ſi etiã
poſt cõpletam ꝑſcriptionẽ retinẽt bonã fi/
dem:tũc enĩ nõ tenent:ꝛ ſic tales filij tãq̃
in peſſima cõditione geniti ab oĩ heredi
tate excludunt:poſſet tñ eis aliquid in te
ſtamento legari:ĩmo debet eis fieri alimẽ
toꝝ ꝓuiſio:vt in dicto.c.cuz haberet:vbi
ponit idem caſus:nam licz parentũ mali/
cia non noceat filijs quo ad deũ tamen ad
puniendũ crimẽ parentũ filijs nocet quo
ad penam tẽporalẽ.Exemplũ primi:dicit
enĩ di.lvj.c.nunq̃ de vitijs erubeſcam⁹ pa
rentũ: ſed vnũ illud queram⁹ et ſemꝑ am/
plectemur ſcz virtutem ꝛ hmõi: etiã ſi ali/
enigenã habet matrẽ:etiaz ſi fornicatione
pollutam ꝛ quolibet hmõi de decore ſordi
datam:nihil tñ de eius aut vilitate fuſca/
bitur aut crimine polluet.glo. ibidez hoc
vult dicere:ꝙ ille q̃ natus eſt ꝺ parentib⁹
ꝓſus alienis a virtutibus: dum tñ ipẽ ſit
bonus melior eſt q̃ ille q̃ nat⁹ eſt de bonis
parẽtib⁹ cũ ipẽ ſit malus: ꝛ ibidẽ.c.naſci.
vbi ponit ꝯuenientẽ ſimilitudinẽ:vide ſi
placet. Exemplũ ſecũdi ponit.vj.q.j.c.ſi
q̃s.vbi narrat lex impatoꝝ Honorij ꝛ Ar
chadij:q̃ talis ẽ:ꝙ ſi q̃s inierit ꝯſpiratio/
nem aut ſuſcepit vel dederit ꝯſpirationis
ſacrm̃: de nece viroꝝ illuſtriũ q̃ ſunt ĩ con
ſiſtorio imꝑatoꝝ: vel etiã ſenatoꝝ virorũ:
vel etiã imꝑatorib⁹ militantiũ:hic inquã
ac ſi actu ꝑfecerit maieſtatis re⁹ gladio fe/
riet:bonis eius fiſco imꝑatoris addit:fi/
lijs aũt ei⁹ vitã imꝑatoria lenitate ꝯcedũt:
ꝗ a ſucceſſione oĩm ꝓximoꝝ habẽt alieni:
nec aliq̃ teſtamẽta recipiẽt:ꝗ ꝑpetuo egen
tes paupes ꝛ infames erũt:vt ſit eis mors
in ſolaciũ ꝛ vita ĩ ſuppliciũ niſi reuelaſſent
illã ꝯſpirationẽ:hec ibi. Ad laudẽ dei.

## Quomodo filij ſpurij ꝛ ſimiles ſuccedunt parentib⁹ in teſtamen/to vł ab iteſtato:ꝛ quomodo nõ: Sermo VI

Honora patrem et
ma.ꝛc̃. Occaſiõe eoꝝ q̃ tacta ſũt
de ſucceſſione filioꝝ illegitimoꝝ
in teſtamẽto pentũ vel ab ĩteſtato. Que A
ri põt:vtꝝ oẽs filij illegitimi: cũ legitimis
matri ſaltem nõ illuſtri ſuccedere pñt:ꝛ ꝙ
ſic videt p.ff.vñ cognati ĩ le.hac ꝑte:ꝛ ĩ.l.
ſi ſpurius:ꝛ in.l.modeſtin⁹:ꝛ.ff.de inoffi.
teſta.in.l.ſi ſuſpecta.§.de inofficioſo:nam
oĩs fili⁹ illegitimus ẽ: niſi ex iuſt⁹ nuptijs
ſuſceptus ſit:videt ꝗ ꝙ oẽs illegitimi q̃q̃
a paterna ſucceſſione repellant: vt ĩ aut.
quib⁹ mo.na.effi.legit.§.vlt.coll.vj.ꝛ l.c.
p venerabilẽ:in fi.ex:qui fi.ſint leg.vbi di
cit:tales ſcz mãſeres et ſpurios ſm leges
eſſe ꝑuandos ſucceſſiõe paterna: nõ tñ di/
cit materna vt patz p iura ꝑallegata: q̃ ne
dũ filiũ naturalẽ tm̃ ex ꝯcubina ꝓcreatuz
ad matris ſucceſſionẽ admittũt: ꝗ etiã ſpu
riũ: vt in ꝑdictis iuribus clare ptz: ꝛ huic
opiniõi ſat⁹ aſſentire videt Hoſti. ĩ ſũma
in ti.qui fi.ſint le.in.§.an vtrũqꝫ gen⁹ ſuc/
cedat.in fi. Ad deciſionem aũt q̃ſtionis
hui⁹:videndũ ẽ de differentia filioꝝ illegi
timoꝝ. Primo nãqꝫ filij q̃dem ſũt illegiti/
mi:q̃ dicunt naturales tm̃.ſ.qui nati ſunt
de legitima ꝯcubina: q̃ in domo tenet q̃ſi
loco vxoris vnica:vt ptz ex de renũciatio/
ne.c. niſi cũ pridẽ.§.ꝑſone:ĩ glo. Pro q̃ B
ſciendũ ꝙ leges ꝑmiſerũt vt q̃s vnã cõcu/
binã habere poſſet nec ei penam impoñt
ex tali coitu:dũmodo tñ talem teneat q̃ de
iure poſſet eſſe cõcubina:in qua q̃dez mul
ta ꝯcurrere debent ſm Petꝝ ꝺ vnzola ſu/
per tractatu notulaꝝ. Primo ꝙ nõ ſit vir
go:quia ſtuprũ in virgine cõmittit:vt.ff.
ad.l.iuliã.de adul.ꝛ ſtu.l.iter.§.libertas:
quod punitur p.l. vt inſtit.de public.iuð.
.§.item lex.in fi.§. Poteſt tamen aſſumere
virginẽ in ꝯcubinam abſqꝫ legis punitio/
ne:ſi prius ꝓteſtetur ꝙ eam in cõcubinam
habere velit: maxime ſi eſt de vili genere:
ꝙ ſi non ꝓteſtaretur:tunc haberet illã ac/
cipere ĩ vxorem ꝛ ſi recuſaret de ſtupro pu



niret:vt.ff.de ꝯcubinis.l.iij.ꝛ ſm hoc na
turalis dicit natus de cõcubina q̃ ĩ domo
tenetur quaſi loco vxoris vnica vt dicit ĩ
glo.ex de renũ.c.niſi cũ pridẽ.in.§.ꝑſone.
Scđo nõ debet eſſe vidua honeſte viuens
qꝛ ſtuprũ etiã ĩ tales cõmittit:vt.l.ꝑalleg.
ſi libertas.ꝛ.§.item lex:niſi ſpãliter ꝓteſte
tur ꝙ talẽ viduã in ꝯcubinã habere velit:
inhoneſtã tñ ſine ꝓteſtatiõe poſſet in ꝯcu/
binam accipe:vt.ff.de cõcub.l.j.§. ꝛ puto.
.§.qui autẽ. Tertio nõ debet eẽ affinis nec
ſanctimonialis:vt.ff. de cõcub.l.j.§.ſi q̃:ꝛ
l.penul. Quarto ad ꝗ vt poſſit habere cõ/
cubinã:non debet habere vxorem nec ipã
virũ:vt.ff.de cõcub.l.j. Quinto ſicut non
põt habere duas vxores:ita nec duas ꝯcu
binas. Sexto retinere debet ĩdubitato af/
fectu ꝛ in domo:vt in aut.q̃b⁹ mo.na.effi.
ſui iur. Septimo ꝯcubina talis eſſe debet
que põt eẽ vxor:vt in aut.vt li.ma.ꝛ aute.
.§.ad hoc. Qui ergo talẽ mulierẽ ſibi aſſu
mit in ꝯcubinam:ex penam legis ẽ:lꝫ non
ſit extra penã canonis:eo ꝙ canon omnẽ
fornicationẽ dãnat: vt plene notat p Jo.
an.in cle.ꝺ heret.ad noſtrũ: circa mediũ:
xx.vij. ſicut nec iure diuino ꝑmittit. Fili⁹
igit qui de tali muliere naſcitur naturalis
tm̃ eſt:ꝛ talis filius ab inteſtato ſuccedere
non põt in bonis paternis: ſi pater alios
filios legitimos vel nepotes.i. filioꝝ fili/
os habet. Nec pater teſtamentũ faciẽs te/
netur talem naturalẽ inſtituere: nec aliq̃d
relinquere ſm leges:niſi velit: põt tamen
illi prouidere ſi voluerit eo modo qui po/
netur in ſermone ſequenti in ſcđa q̃ſtione.
Verũtamen in bonis maternis filius na/
turalis tñ ſuccedit cuz legitimis filijs ab
inteſtato: vt.C.ad ſenatuſcon.or.ſi qua:ꝛ
extra de renun.c.niſi cum pridẽ.§.ꝑſone.ĩ
glo. Jus vero canonicũ quod mitius agit
tales naturales admittit ad inſtitutionez
ipius hereditatis:ſaltem in aliqua parte
ſalua dũtaxat filijs legitimis portiõe legi/
tima:qui ſine cauſa exheredari nõ poſſũt:
de qua portione videbit in ſermone ſequẽ
ti:cui etiam portioni nullum grauamẽ im
poni poteſt in legando:vt.C. de inoffi.te/
ſta.l.oĩi mõ: ꝛ duabus legib⁹ ſequẽtib⁹:
cetera tamen legare poteſt in teſtamentuz
ad pias cauſas vel etiam alienis. Et ſi q̃s
teſtatorem ꝓhibere voluerit ab heredita/
te: ſm leges erit repellẽdus: vt.C.ſi quis
autẽ aliquem teſtari prohibuerit.l.j.gene
raliter tamẽ omnes filij dicuntur natura/
les tñ: qui de ſoluto ꝛ ſoluta ꝓcreantur:
inter quos tẽpore cõceptus poterat eẽ ve/
rum matrimoniũ nulla lege ꝓhibitum: et
tales ſimiliter a ſucceſſione materna non
repellunt: nec p leges nec etiam p canoni
cas ſanxiones. Unde dicit Jo.fa.inſti.ad
ſenatuſcon.orphi.in.§.nouiſſime:ꝙ nec ꝓ
pter iura canonica que reprobãt concubi/
natum repellantur naturales a ſucceſſiõe
materna:dũmodo non fuerint nati ex dã/
nato coitu. Secundo q̃dem filij dicuntur
manſeres ſcilꝫ illi ꝓprie qui de ſcorto nati
ſunt. Tertio q̃dem filij dicũtur ſpurij q̃ C
nati ſunt de ꝓfeſſo vel ꝓfeſſa: vel etiam de
his q̃bus nubere non licet. Quarto qui/
dem filij dicũtur nothi: ſcz qui de adulte/
rio nati ſunt: ſicut enĩ notha dicit febris
que affligit ſicut quartana:ꝛ tamẽ non eſt
vera quartana:ſic nothus qui vere videt
filius ꝛ tamen non eſt:hec patent extra de
renun.c.niſi cum pridez:in.§.ꝑſone:ĩ glo.
generaliter tamẽ omnes ex coitu damna/
to ꝓcreati ſpurij pleruqꝫ vocantur:ꝛ om/
nes tales ſm rigorem iuris ciuilis ab oĩ
ꝓſus beneficio excluduntur:vt.C.de na
tu.liberis:et ma. eorum: aut. licet patri.
vnde tales nec dicũtur legitimi: qꝛ nec de
legitimo coitu ſunt: ſed de inceſtuoſo ne/
phario vel damnato: nec etiam dicuntur
naturales de fictione iuris:quia iura fin/
gunt naturam non eſſe cooperatam: vt in
aut.quib⁹ mo.natu.effi.ſui iur.§. fi.vnde
ſm leges tales filij non ſoluz repelluntur
a ſucceſſione paterna: ſed etiam negantur
eis a patre alimẽta: vt ĩ dicta aut.licet pa/
tri:ꝛ.C.de ĩceſt.nupt.aut.ex cõplexu:q̃ð
inductum eſt de rigore iuris ciuilis in de/
teſtationem criminis: vt dicit glo.c. cum
haberet:extra de eo qui dux. in ma.quam
pol.per adult. Jus tamen canonicũ rigo/
rem illum mitigat in eodẽ.c.cum haberet:
dicẽs: Sollicitudinis tamẽ tue intererit:
vt vtrqꝫ liberis ſuis ſm ꝙ eis ſuppetunt
facultates neceſſaria ſubminiſtret: ſuper
quo dicit glo. Hoc enim quod dicit hic in
telligitur de benignitate canonica: que vi
gorem ſumit a iure naturali: nam educa/
tio liberorum eſt de iure naturali: vt patet
j.di.ius naturale: vnde ius iſtud ꝑfert ci/
uili:hec glo. De hoc etiam patz.ff. de lib.
ag.ſi quis a liberis.j.Rñ.ꝛ.§.ſi q̃s: et.C.
de alen.li.ſi cõpetenti:ꝛ.l.vl. Dicẽdũ igit
ꝙ ſolum illi illegitimi: ſiue ſint ſpurij ſiue
alij:nõ tamẽ nati ex coitu dãnabili: q̃uis

non patri tñ matri ſuccedũt cũ alijs legiti/
mis niſi mater eēt illuſtris:ſicut tenēt glo/
ſe ordinarie iuris ciuilis.C. ad ſenatuſcõ.
orphã.in le.ſi q̄ illuſtris.Et cõiter doctores
in eadē lege tenēt cũ gloſis.Sic etiã tenet
glo.inſti.ad ſenatuſcõ.orphi.in.§.nouiſſi/
me:ꝛ etiã in dicta.l. ſi ſuſpecta.§.j.ꝛ .ff.de
inoffi.teſta.q̄s gloſas cõiter oēs doctores
ſequũt.Odoff.Albri. de roſat.Cy. Bar.
ꝛ Bal.in dicta.l.ſi q̄ illuſtris.Spec.etiam
ita tenet ĩ titulo de ſucceſſiõe ab inteſt.cir/
ca mediũ.v. ſ nũquid ſpurij :nam qñcũq₃
coit⁹ ex quo nat⁹ ē ſpuri⁹ põt de inceſtu vl'
adulterio accuſari:ſcʒ ipã mater:tũc talis
fili⁹ ei nõ ſuccedit:qd̄ etiã ſatis ſentire vi/
det ibidē Jo.an.ĩ addic.ſic etiã tenet Jo.
fa.in dicto.§.nouiſſime: adijciēs ꝙ nec p/
pter iura canonica q̄ reprobãt ꝯcubinatũ
repellunt naturales dũmodo non fuerint
nati ex dãnato coitu:vñ generaliter tenē/
dũ ē ſm Pe.de vnzola:ſup tractatu notu
laꝝ :ꝙ ſicut filij ex dãnato coitu de rigore
iuris ciuilis nõ ſuccedũt patri : neq₃ ex te/
ſtamēto:neq₃ ab īteſtato:qꝛ nec pater põt
eis ex teſtamēto aliq̄d relinquere:nec iure
inſtitutiõis nec etiã iure legati: vt in auc.
q̄b⁹ mo.na.effi.ſui iur.§.fi. ſic etiaʒ matri
nõ ſuccedũt;nec ex teſtamento nec ab inte
ſtato:ſi nati ſunt de tali coitu q̄ poſſit accu
ſari de adulterio : ſecus tñ eſſet ſi de coitu
nõ dãnato naſceret : vt in filio in meretri/
cio nato ſeu vulgo ꝯcepto:qꝛ tũc ſuccedũt
matri cũ legitimis filijs: niſi mater eſſet il
luſtris:ꝛ a matre ꝛ aſcēdētib⁹ p matrē de/
bent inſtitui vel exheredari:cũ cauſa legi/
gib⁹ approbata: vt inſti.ad ſenatuſcon.or/
phi.§.nouiſſime:ꝛ in dicta.l. ſi ſuſpecta.§.
j. Ut aũt pleni⁹ ĩnoteſcat deteſtatio crimi/
nis hui⁹ in iure ciuili ſciendũ :ꝙ ſm leges
tali ſpurio nihil reliqui põt niſi alimenta:
etiam ſi relinquat p aĩa niſi pater reliq̄rit
tali filio ſub hac ꝯditione.ſ.ſi monaſteriũ
ingrediat tũc eñ tenet relictũ qd̄ ē ſingu/
lare dictum: vt.C.de ſacroſan.ec.l.j. Nec
etiã ſpurius eligi põt ĩter paupes p execu/
torē a patre datũ nec etiã p epm : niſi q̄ ad
alimēta:ꝛ ſi vltra ſibi ꝯfert :põt eps reuo/
care. Nec etiã p̄ſcribere põt longo tpe :qd̄
recipit ab epo vl' teſtatore lege phibente :
qꝛ titulus ē a iure reprobat⁹: ppter fidem
tñ bonã ex auc̃te ſupioris p̄ſumptã: hñ p̄/
ſcriberet ſpacio.xxx.annoꝝ: vt.C.de epi.
ꝛ cle.l.id qd̄ paupib⁹: vbi q̄ritur :an etiaʒ
executor:ꝙ ſi ſpurius ex opinione cõi legi
timus reputet : heres tñ inſtitui nõ poteſt
adeo ꝙ nec vſucape põt ppter legis inter/
dictũ: vt.C.d̄ ſentēcijs ꝛ īterlo. om̃i.iudi.
l.ij.v.pone. Ratio vero cur ſpuri⁹ inſtitui
nõ põt nec etiã illi p viã cõtractus cõferri
põt eſt iſta:qm̃ act⁹ ppter turpitudinē agē
tis reprobat⁹ : nulla conſuetudine pmitti
põt:ꝛ equipatur actui de iure diuino phi
bito:ſic ꝙ p hoſem ſtatui nõ põt:ꝛ ideo ſpu
rio relictũ applicat venientib⁹ ab inteſta/
to: vt.ff. d̄ teſta.le.teſti factio. verũtñ ex q̄
teſtator ſeruatis heredibus portiõe cano/
nica:cetera ſemp legare põt in teſtamentis
ad pias cauſas vel etiã alienis: nec inueni/
tur cautũ in iure canonico delegando tali
bus ſpurijs q̄ ex dãnato coitu ſũt pcreati:
nõ video cur non poſſit etiã illis legari de
benignitate canonica :dũmodo tñ non le/
get eis ĩmoderate : ſ de hoc dictũ ē in ſer/
mone p̄cedēti. Qr ſi obijcit de cõſtitutiõe
vel ꝯſuetudine quarũdã terraꝝ:q̄ ſcʒ ille/
gitimi ſuccedãt in bonis maternis: ꝛ plu/
res illud ītelligere voluit indiſtincte de oĩ/
bus illegitimis ex quocũq₃ coitu etiã dã/
nabili q̄ poſſet accuſari: vt dictũ eſt. Ad h̄
dicendũ ꝙ tales nõ recte ſentirēt : qꝛ talis
ꝯſuetudo ſic īterp̄tari debet vt min⁹ deui/
et a iure cõi:ꝛ non ſit ei ꝯ̄ria quantũ poſſi
bile ſit: vt ex̃ de cõſue.c. cũ dilectus : vnde
ꝛ ꝯſuetudo recipit īterp̄tationē a rõne iu/
ris cõis:qñ verba ꝯſuetudinis formaliter
nõ repugnãt: vt pbat in.c.j.§.porro.in ti.
q̄lit olim feudũ alienare poterat : coll.x.
Dicta ergo cõſuetudo deponens illegiti/
mos filios ſeu naturales tñ ꝛ ſpurios ad
ſucceſſionē maternaʒ admitti :ſic intelligi
debet: vt magis iuri cõmuni ꝯueniat ꝛ ſit
illi ꝯformis. Ad hoc faciunt notata p Jo.
an.in.c.j.de conſti.li. vj.ꝛ p Bar.ff.ad.l.
fal.in.l.j.in prin. ſic ſcʒ ꝙ nati ex dãnato
coitu rõne cui⁹ mater accuſari poſſet:repel
lãtur ab eis ſucceſſione:p̄ſertim cum ſpu/
rius non ſit vulgo q̄ſitus patre ſcʒ ĩcerto:
ſed ex patre certo:qui etiam ſi ſoli eēnt nõ
extante filio legitimo: matri etiam nõ illu
ſtri:minime ſuccederent : vt clare dicit te/
xtus in.l.ſi illuſtris.C. ad ſenatuſcon. or/
phi. vbi etiam rõnem glo. Bal. approbat:
eo ſcʒ ꝙ talis amplexus ē a iure accuſabi/
lis:ſecus tamen eſſet de amplexu mulierũ
ſolutarum ꝛ vulgo pſtitutaruʒ :cum quo
cõcordant om̃es doctores :ꝛ ita deciditur
in auc.quibus mo.natu.effi.ſui iuris. Ad
laudem dei.



## De cognatiõe ꝛ ſucceſſione ab inteſtato ac legitima portione: de his quoq₃ qui teſtamenta conde/re poſſunt: Sermo VII

b Onora patrē ꝛ ma
trē.ꝛc̃.Cũ tactũ ſit in ſermone
p̄cedenti de ſucceſſione heredi/
taria ꝛ teſtamētis incidi⁹ hãc materiã pro
ſequi cupiētes. Primo querimus de ſuc
A ceſſione ab inteſtato:quot .ſ. modis dicit
aliquis decedere inteſtat⁹. Ad hoc dicen/
dũ ꝙ q̄ttuor modis. Primo.ſ.ſi nullnʒ te/
ſtamentũ fecit. Secundo ſi fecit ꝛ nõ iure:
Tertio ſi iure fecit ſ poſtea ruptũ ē: vt pu/
ta nato ei filio. Quarto ſi nõ eſt ruptũ ſed
heres noluit adire hereditatē ſicut de quo
dam ſancto patre legit : vt inſti.de here. q̄
ab in.in p̄n.ꝛ de iure cõi laico morienti ab
inteſtato pri⁹ ſuccedũt deſcēdentes:ſecun/
do aſcēdētes:tertio pximiores collatera/
les. vt in auc̃.de here.ab in.in prin.his oĩ/
bus deſinētib⁹ ſuccedit vir vxori ꝛ ecõuer
ſo. vt.C. vnde vir ꝛ vxor.l.j. Ultimo vero
ſuccedit fiſc⁹: vt.C.de bonis vacan.l.j.ꝛ.ij.
Clerico vero inteſtato morienti: ſuccedũt
cognati ſm ordinē p̄notatũ:in bonis ſaltē
q̄ pſone intuitu ſibi obuenerũt. xij.q .vi.c.
vlt. vbi dicit. Quicunq₃ ex gradu eccleſia
ſtico ſine teſtamēto ꝛ ſine cognatõe diſceſ/
ſerit:hereditas eius vbi deſeruiuit euolua
tur: vbi oñdit ꝙ cognati debēt p̄cedere q̄
ſi defecerĩt ecclia ſuccedit quaſi fiſc⁹: vt pʒ
ex̃ de ſucceſſionib⁹ ab inteſtato.c.vlt. Et h̄
intellige cũ res clerici decedētis manifeſte
ſunt diſtincte a rebus ecclie:ſecus aũt ſi fu
erint ita cõfuſe: ꝙ dubitet an cleric⁹ habu
it aliq̄d pprij vel nõ:tũc eñ p̄ſumit totũ
p eccleſia ꝛ totaliter ſibi vēdicat. vt pʒ.xij
q.ij.c.quicũq₃ de ſacerdotib⁹ vel miniſtris
p ſua vtilitate atq₃ amicis glo.i. p ſuo vti
li officio ꝙ mediens vel ſucceſſione ab inte
ſtato quocũq₃ mõ aut p ſcripture ſeriē ali/
quid meruerit ab aliq̄ pcipe in reb⁹ eccle/
ſie nõ poterit numerari:ſ qd̄ exinde volue
rĩt facere eoꝝ arbitrio ſubiacebit: ꝙ ſi hoc
poſt eoꝝ mortē inordinatũ fortaſſe remãſe
rit glo. qꝛ inteſtat⁹ deceſſit eccleſia cui pre/
fuit vel miniſter extitit hoc ſibi ĩ ppetuum
vendicabit. glo.ſi nõ hʒ heredes. Et nota
ꝙ ꝯſanguinitas quo ad ſucceſſionē in he/
reditate durat vſq₃ ad.x.graduʒ. vt patet
xxxv.q.v.c.ad ſedē.ꝛ hoc numerando ſm
leges vbi quelibet pſona addit graduʒ: vt
pote duo frẽs ſũt in ſecũdo gradu: ꝛ eorũ
filij in quarto: ꝛ ſic pcedendo vſq₃ ad deci
mũ ſicut ĩ eodē.c.maĩfeſte declarat Alex.
papa.ij. Secũdo q̄ri põt: vtrũ filij natu/
rales cõputant in prima cognatiõe:ita ꝙ
aliq̄ mõ ſuccedere pñt prĩ ĩ hereditate. Ad
hoc dicēdũ ꝙ filij ſpurij.ſ.q̄ ex dãnato coi
tu ſũt ſm leges oĩ pſus bñficio excludũ/
tur: vt dictũ ē:ſ tamē intereſt epĩ facere ꝙ
vterq₃ parentũ talibus liberis neceſſaria
ſub miniſtret:ſm ꝙ ſuppetunt facultates
iuxta ſanxionē canonicã: vt pʒ ex̃ de eo q̄
dux.in vxo.quã pol.p adul. Alij vero filij
naturales ſi pater hʒ alios legitimos fili/
os vel nepotes:tunc ſuccedere nõ poſſunt
licet tñ patri dari vel relinquere filijs na/
turalibus ac eoꝝ matri vnciã vnã ꝛ nõ vl/
tra:vel ſoli ꝯcubine ſemiunciã ꝛ nõ vltra.
vt.C.de naturali libe.l.matre:ꝛ hoc ſm le
ges.ſed ius canonicũ admittit eos ad in/
ſtitutionē hereditatis ſalua ſemp legitima
portione legitimis filijs:de q̄ videbit ĩfra
Qr ſi pater nõ hʒ aliquos legitime deſcen
dētes ſ habet aſcēdētes:tũc legitima par/
te.ſ.tertia parte relicta aſcēdētib⁹ reliquũ
inter naturales diſtribuere põt. Qr ſi nec
deſcēdētes nec aſcēdētes habeat:tunc licʒ
ei inſtituere naturales inſolidũ heredes:
vt.C.de natu.li.auc̃.licet. Qr ſi nec legi/
timi ſupſunt nec legitima ꝯiunx:tũc natu/
rales ab inteſtato ſuccedũt in duabus vn
cijs:ita tñ ꝙ ſi mater ſupeſt: virilis ei por/
tio de ipĩs det. Qr ſi ſola vxor ſupeſſet:tũc
naturales tñ in nihilũ ſuccedũt :nã licet
vxor nõ ſuccederet ex q̄ ſunt alij agnati:ſi
tñ ipã ſupeſt:facit ꝙ naturales non ſucce/
dunt ſed defert hereditas alijs legitimis
ſucceſſorib⁹: vt dicta auc̃.licet patri. Ad B
huius aũt declarationē p̄mo ſciendum ꝙ
hereditas diuidit in.xij.ptes q̄ appellant
xij.vncie: vt pʒ in inſti.de heredib⁹.§.here
ditas:ꝛ habēt iſta noĩa vncia.i.vna pars
vncie:bicuns:tricuns:q̄drans:quincuns
ſemis.i.medietas hereditatis: vel ſexcũs
ſeptuns:biſſedodrãs:dexcuns: vel decũs
deunx. Et appellatiõe aſſis vel ponderis.
xij.vncie cõtinent. Secũdo v̄o ſciendum
de legitima portione: ꝙ triplex ē legitima
portio. Prima q̄ ē debita iure nature:ꝛ dr̄
debitũ bonoꝝ ſubſidiũ:ꝛ hoc debet filijs
tñ q̄ ſine cã exheredari nõ pñt:ꝛ huic por/
tioni nullũ grauamē ĩponi põt.ſ.ĩlegãdo.
o

vt.C.de inoffi.teſta.oimodo. ⁊ duab⁹ le/
gib⁹ ſeqntib⁹:⁊ hec ē talis:ꝙ ſi ſūt quattu
tuor filij vel infra:debēt hr̄e tertiā ptē he/
reditatis.Si vo ſūt qnqȝ vel vltra debent
hr̄e medietatē ei⁹ qđ eis deferebať ab inte
ſtato:vt.C.de inoffi.teſt.auť.nouit.qđ ſa
ne intelligi dȝ detractis debitis ſi q̄ eſſent.
Scđa vo portio legitīa dr̄ q̄rta falcidia:q̄
debeť iure inſtōnis:vt cū aliqs ē inſtitut⁹
heres:⁊ illa hereditas ē exhauſta p legata
tūc inſtitut⁹ pōt detrahere ſibi vſqȝ ad q̄r/
tā ptem hereditatis detrahendo.ſ.de ſin/
gulis legatis niſi ad pias cās:vt ptȝ eꝫ de
teſta.⁊ vl.vo.c.raynaldus.ad fi.vide glo.
ibidē in p̄n.⁊.C.ad.l.falcidiā.p totū.Ter
tia deniqȝ portio dr̄ trebellianica q̄ locū hȝ
qn̄ qs inſtitut⁹ heres rogať vt alij reſtitu/
at hereditatē:⁊ talis inſtitut⁹ retinere pōt
q̄rtā ptē de tota hereditate:vt inſtiť.de fi/
deicō.here.§.ij.⁊.C.ad trebel.p totū:⁊ h̄
detrahiť de vniuerſitate hereditatis:⁊ ī h̄
cōputanť legata ⁊ donationeſ.ff.ad.l.fal.
in quarta.Notanť hec.eꝫ de teſta.⁊ vl.
vo:in.d.c.raynald⁹.⁊ hec quidem de iure
ſunt:verūtn̄ circa hec diuerſaꝝ terraꝝ ē va
ria ꝯſuetudo:q̄ ſi rōnabilis ſit ⁊ preſcp̄ta
ſeruari dȝ.Pretera cum q̄libet teneať ali
quē vel aliqs aut collegiū aut hmōi ſibi ī
heredē inſtituere:qꝛ ſine heredis inſtitutōe
nō eēt teſtm̄:vt.C.e.inuenim⁹.§.ꝙ ſi n̄ fue
rit.Jđ teſtator ſi habeat aſcēdētes vel de/
ſcēdētes illoſ īſtituere dȝ heredes ſaltē ī eo
rū legitīa portiōe:vt.C.de inoff.teſt.auť.
nouiſſima.Or ſi nec aſcēdentes nec deſcē/
dētes hēat:tūc ſm leges pōt alios inſtitue
re quoſcūqȝ velit:tn̄ vt ait ſanct⁹ Tho.ī qđ
libetis.Si p̄ximi illa hereditate manifeſta
nccītate indigerēt:tunc teneť eis h eredi/
tatē dimittere:ſaltē ex debito honoris pa/
rentele:qꝛ cū p̄cipiť.Honora pa.⁊ ma.p̄ci
piť etiā honorare pentelā ī his q̄ ad pentelā
ptinēt:⁊ hoc dico niſi eēnt mali ⁊ hmōi bo
nis indigni.Or ſi p̄ximi non indigerent
nccītate manifeſta:tūc libere pōt in alios
diffundere:dicēte dn̄o.Uade vēde oīa que
habes ⁊ ſeq̄re me. Tertio q̄ri pōt quō li/
citū eē pōt extantib⁹ legitimis filijs ꝯdere
teſtm̄ alienis:vľ etiā p pijs cauſis p̄ſertiȝ
cū.xvij.q.iiij.c.fi.ꝯtineť ꝯriū:⁊ ſunt vba
Augu.in ſermōe d vita clericoꝝ:dicētis:
Quicūqȝ vult exheredato filio heredē fa/
cere eccliaȝ q̄rat alteꝝ q̄ ſuſcipiat nō augu
ſtinū:imo deo p̄picio neminē inueniet:et

ponit ibi Gratianus exēplū laudabile ſcti
Aurelij carthaginēſi ep̄i.Quidā eni cum
filios n̄ hr̄et nec ſperaret:res ſuas oēs do/
nauit ecclie retento ſibi vſufructu:nati ſūt
ei filij:reddidit ep̄s ei nec opināti oīa q̄ il/
le donanerat:in ptāte hēbat ep̄s nō redde
re h̄ iure fori nō iure poli.Ex qbus verbis
videť ꝙ ex iure diuo fuit ep̄s obligat⁹ ad
oīa reddēda p̄pter inſperatā p̄lē:⁊ iō ar/
guit ibi glo.dicēs:Nonne fili⁹ natus iure
qnqȝ reuocare pōt legitimā portionē ſuam
ſi pr̄ oīa bona ſua donauit.C.de inoffi.do
na.ſi totas:nā aliqs libero ſuo dedit bōa
ſua cū crederet ſe nō habituꝝ filios legiti/
mos:nunqđ fili⁹ poſtea nat⁹ nō ſolū ptem
h̄ etiā totū reuocabit.vt.C.de reuoca.do/
na.ſi vnqȝ.Bn̄.veꝝ ē:⁊ qđ h̄ dr̄ intelligen/
dū ē ꝙ ecclia non cogiť totū reddere:h̄ tn̄
legitimā portionē:vľ canon corrigit legeȝ
qꝛ licet ad h̄ nō cogebať iure actōis:tn̄ ex
qdā eq̄tate naturali tenebať q̄ ſuadet oīa
p̄uidere:maxīe ab ecclia q̄ tenet legē per/
fectiōis:verūtn̄ teſtator ſeruatis heredib⁹
legitima portiōe:de rigore iuris ſemp pōt
alia legare in teſtm̄ ad pias cās vel etiam
alienis:ꝙ ſi quis teſtatorē teſtari p̄hibue/
rit ſȝ leges ab ei⁹ erit hereditate repellēd⁹
vt.C.ſi qs aliquē teſtari p̄hibuerit.l.j.
Quarto p̄inde q̄ri pōt:qui ſūt illi q̄ ſm
iura teſtm̄ cōdere p̄nt.Ad h̄ rn̄det Hoſt.ꝙ
oēs qui nō p̄hibenť a iure.Pro q̄ ſciēduȝ
ꝙ hi p̄hibenť facere teſtm̄.Primo quidē
filiuſfamilias niſi p̄hibuerit peculium ca/
ſtrēſe vľ quaſi:vt pȝ li.vj.de ſepul.c.licet.
vbi ſubdiť ꝙ q̄uis filiuſfa.abſqȝ pr̄is aſſē
ſu ſibi poſſit eligere ſepulturā:ſi ſupra pu/
bertatē fuerit nihil tn̄ relinq̄re pōt p alma
ſua p̄ter ipius aſſenſū niſi peculiū caſtren/
ſe vel q̄ſi caſtrenſe habeat.Pro q̄ ſcienduȝ
ꝙ peculiū caſtrenſe dr̄ illud qđ filiuſfa.oc/
caſione militie a parentib⁹ vel alijs donať
vľ ipē in milicia acq̄rit:h̄ quaſi caſtrenſe ē
qđ filiuſfamilias ex aduocatiōe vel alio of
ficio publico pcepit:⁊ ſilr̄ qđ obuenit pre/
ſbyteris vľ clericis ex officio in qb⁹ pater
nihil iuris hȝ h̄ fili⁹ in eis pr̄familias cen/
ſeť:vt.ff.ad macedō.l.j.c.vl.⁊.l.ij.⁊.C.de
inoffi.teſta.l.fi.Secūdo p̄hibenť ipubes:
ſeruus ⁊ furioſus q̄ nō hȝ lucidū interual
lū ac p̄digus cui ē bonoꝝ adminiſtratio i/
terdicta:⁊ mutus qui nihil loquiť:⁊ ſur/
dus naturaliter q̄ oino nihil audit:vt in/
ſti.quib⁹ nō ē pmiſ.fa.teſta.p totū.cec⁹ au

tē pōt facere cū ſolēnitate q̄ poniť.C.qui
po.fa.teſt.l.hac cōſultiſſima.Tertio p̄hi/
benť religioſi q̄ oī p̄prietati renūciauerūt
⁊ nihil p̄prij habēt:nec hr̄e p̄nt q̄cunqȝ diſ
pēſatiōe priuilegiati:qꝛ dr̄ eꝫ de ſta.mo.c.
cū ad monaſterium.ī fi.nec extimet abbas
ꝙ ſup habēda p̄prietate poſſit cū aliq̄ mo/
nacho diſpēſare:qꝛ abdicatio p̄prietatiſ ſicē
⁊ cuſtodia caſtitatis adeo ē annexa regule
monachali.glo.de iure poſitiuo ſequitur:
vt ꝯ eā nec ſumus pōtifex poſſet licētiā in/
dulgere:⁊ glo.ꝯcor.ibidē.Si qs tn̄ filios
hn̄s monaſteriū ingrediť nullo teſtamēto
ꝯdito:pmittiť ei diuidere cū filijs ⁊ inť il
los:vt ī auť.d ſctiſſimis ep̄is.§.ſi q̄ mulier
⁊.xix.q.vltia.c.vl.§.ſi q̄ mulier.Similiter
⁊ mulier teſtm̄ facere pōt qn̄cūqȝ voluerit
ante p̄feſſionē cū ⁊ ad ſeculū reuerti poſ/
ſit:vt pȝ eꝫ de regu.c.ſtatuim⁹. Quinto
occaſionē p̄dictoꝝ q̄ri pōt:vtrū religioſuſ
aſſumpt⁹ ad ep̄atū vľ aliā p̄laturā cōdere
pōt teſtm̄:p̄ſertim cū.xviij.q.j.dr̄.c.ſtatu/
tū eſt ⁊ rōnabiliter ſm ſctōs pr̄es a ſynodo
ꝯfirmatū vt monachus quē canonica ele/
ctio a iugo regule monaſtice p̄feſſiōis ab/
ſoluit:⁊ ſacra ordinatio de monacho ep̄m
facit:velut legitim⁹ heres pr̄nam ſibi he/
reditatē poſtea iure vendicādi habeat:ſed
q̄cquid acquiſierat vľ hr̄e viſus fuerat.ſcȝ
ante promotioneȝ in epiſcopū monaſterio
relinquat:⁊ abbatis ſui qui fuerat ſm re/
gulam ſancti Benedicti arbitrio.Ex qbus
verbis videtur ꝙ religioſus in epiſcopum
aſſumpt⁹ nō teneť obedire p̄latis ſue reli/
gionis:quia ē eis ſupior:nec etiā obligať
ad paupertatem:qꝛ velut legitimus heres
pr̄nam ſibi hereditatē iure vendicādi po/
teſtatē habet:vnde ⁊ p conſequens eis vi
deť eē licitū ꝯficere teſtamētū.Ad h̄ rn̄dȝ
ſanct⁹ Tho.ſcđa 2e.q.clxxxvi.ꝙ religio/
ſus ad aliquā p̄laturā aſſumpt⁹:nullo mō
p̄prium habere pōt:nec hereditatē pr̄naȝ
ſibi vēdicat q̄ſi p̄priā:h̄ tn̄ q̄ſi eccle debitā
vt dicit ibidē gl.⁊ ſubdiť ibidē ī tex.ꝙ p⁹ꝙ
ep̄s ordiať ad altare ad qđ ſanctificať qđ
acquirere potuerit reſtituat.Similiter te/
ſtamentū nullo modo facere pōt:qꝛ ſola di
ſpenſatio ei cōmittitur rerum eccleſiaſtica
ruȝ que morte finiť ex qua incipit teſtamē
tum valere:vt apoſtolus dicit ad Heb.ix.
Si tamē ex conceſſione pape teſtamētū fa/
ciat:tunc non intelligitur ex proprio face/
re teſtamentum ſed auctoritate apoſtolica

intelligitur eſſe poteſtas ſue diſpenſatiōis
āpliata vt eius diſpenſatio poſt mortē va/
lere poſſit videāt ergo ſibi qui a religioſis
impudenter et damnabiliter talia recipi/
unt. Sed hic poteſt obijci cum aliquis fa
ctus eſt monachus omnia que habebat de
dit monaſterio:ergo ⁊ ius ſuccedendi:qui
enim dat omniā bona ſua:dat ⁊ ſpem futu
re actionis:vt.C.de donať.l.iij.⁊ ergo vi/
detur ꝙ prius ſuccedet monaſteriuȝ. Ad
hoc reſpondet glo.in dicto.c.ſtatutum.ꝙ
ius ſuccedendi nō competit niſi poſt mor/
tem defuncti:vnde ius illūd nō dedit mo/
naſterio ſed tantum ſpem ſolam:Sed illa
ſpes euaneſcere debet:ex quo illa perſona
deſinit eſſe filius monaſterij:vt inſtitu.de
acqui.per arro.§.mortuo.Joh̄.Nimirum
cum ⁊ ſi ante mortuus fuerit illa ſpes eua/
neſceret.Quarto prohibentur clerici face
re teſtamentum de rebus eccleſie tam mo/
bilibus ꝙ immobilibus:⁊ ſi alicubi de cō
ſuetudine facere poſſunt teſtamēta de tali/
bus tamen ius eſt contrarium:vt patet ex
tra de teſta.⁊.vlt.vo.c.ad hoc tibi preſenti
bus litteris innoteſcat ꝙ clerici de mobi/
libus que per eccleſiam ſunt adepti de iu/
re teſtari nō poſſūt:glo.multofortius nec
de immobilib⁹ ⁊.c.relatum.ij.vbi etiā ſub
ditur.Licet antem mobilia per eccleſiam
acquiſita de iure in alios pro morientis ar
bitrio transferri non poſſunt:conſuetudi/
nis tamen eſt nō iprobande:vt de his pau
peribus ⁊ religioſis locis:⁊ illis qui viuē
ti ſeruierant:ſiue cōſanguinei ſint ſiue alij
aliqua iuxta ſeruicij meritum conferātur.
Ueruntamē ſi clerici habent patrimonia/
lia vel que ſibi aduenerunt aliunde:puta
ex ſucceſſione vel donatione facta perſone
non intuitu eccleſie:vel de illis que ſibi p
ſcripturam vel huiuſmodi artificium ac/
quiſiernnt:indubitāter de his teſtari poſ/
ſunt ⁊ donare.vt co.ti.c.quia nos:⁊ hec
etiam locum habent ſi clericus ſit in pote/
ſtate patris vel aui conſtitutus:vt.C.de
epiſco.⁊ cleri.auten.preſbyteris:licet in
alijs perſonis ſecus ſit. Quinto prohi/
bentur vſurarij publici facere teſtamentū
niſi prius cautionem debitam fecerint de
reſtitutione plenarie facienda:ꝙ ſi contra
fecerint irritum eſſe iudicatur.li.vj.de vſu
ris.c.quāꝙ.vbi dicitur ī fine.Nullus ma
nifeſtorum vſurariorum teſtamentis in/
terſit:aut eos ad ꝯfeſſionem admittat ſiue

ipõs abſoluat: niſi de vſuris ſatiſfecerint:
vel de ſatiſfactione ꝓ ſuaꝝ virib⁹ facultа/
tum pſtet vt pmittit idoneā cautionē. Te
ſtamēta quoq; manifeſtoꝝ vſurarioꝝ alit
facta nō valeant: ſed ſint irrita ipõ iure: et
ſilr q̄ ad iudiciū aīe intelligendū ē de qui/
buſcunq; alijs bonis iniuſtis de quib⁹ fie
ri nō põt teſtm̄. Mimirū cū ꝛ heres ſciens
ꝙ hereditas ſe nō extēdit vltra debita ſiue
ex cōtractu ſiue ex maleficio vel q̄ſi nihil
dare debet legatarijs: nec ſibiipi retinere
donec creditorib⁹ ſatiſfecerit qui ſunt ī iu/
re potiores vt videbitur latius poſtea. Ad
laudem dei omnipotentis.

## Utrum liceat dare hereditatem extraneis: ꝛ de executiōe teſtamē/ ti: ſolutione debiti ac reſtitutione iniuſtorum: Sermo VIII

Onora patrem et
b matrē ꝛc. Occaſione eoꝝ q̄ prece
dēti ſermone dicta ſūt de teſta/
mētis. Queri põt primo generaliter: an
A liceat hoī dare hereditatē ſuam extraneis
excluſis ꝓprijs ꝯſanguineis: pſertim cuꝫ
deficiunt cognati in linea deſcēdētiū ꝛ aſ/
dētiū: ꝛ videt ꝙ nō: qꝛ qui priuat aliquem
iure ſuo: facit iniuriā ꝓximo: qḋ eēt cōtra
charitatē: ſ oēs attinētes habēt ius ī here
ditate ſi ꝯtingat eos ſupuiuere: in ꝯtrariū
etiā videt ꝙ nihil eſt magis rōni ꝯſonū q̄
vt cuilibet liceat dñium rei ſue transferre
in quē velit: ꝗ ꝛc. Ad hanc q̄ōnē rñdet ſan
ctus Tho. in q̄olibetis: ꝙ hō hoī dupliciṫ
obligat. ſ. hūano iure ꝛ diuino. Jus autē
hūanū notat ſm diuerſitatē terraꝝ aliq̄s
eñi poſſeſſor hereditatis põt ex iure patrie
cuicūq; vult rē ſuā dare vel vendere: alicu
bi ſuccedit vn⁹. ſ. pmogenit⁹ vel alicubi vl
timo genitus: alicui oēs ꝑ diuiſionē: igiṫ
ſi ꝯſuetudo q̄ iure equiualet dat alicui licē
tiā liberā ꝯferēdi alij vel totā vel ptem nō
p̄iudicat alicui hoc faciendo qḋ poteſt eſſe
de iure: qꝛ dicit lex nemini facit iniuriā q̄
vtit iure ſuo: hoc ꝗ tenendū ē q̄tū ad obli
gationē legis hūane. Alia ē obligatio le/
gis diuine. i. charitat⁹ qua primo tenemur
ſi indigeant ſubuenire ꝓpinq̄s: aut igitur
indigēt hereditate illa indigētia manife/
ſta: ꝛ tunc teneṫ eis dimittere hereditateꝫ:
niſi ſunt mali ꝛ hmōi bonis indigni: teneṫ
inquā ex debito honoris parētalis: qꝛ qui
p̄cipit honorare patrē ꝛ matrē: p̄cipiṫ ho
norare parentelā in his q̄ ad parētelā per/
tinēt: ꝙ ſi nō indigent manifeſte: tūc libe/
re põt in alios diffundere: dicēte dño: Da
pauperib⁹ ꝛ ſequere me: ſicut eñi carnali vi
ctus affectu poſſet hr̄e filios ꝛ filias: ꝛ eis
reliq̄re ꝛ ꝑ ꝯñs alios excludere: ſic multo
magis ex eis p̄t ſue ſaluti ꝓuidere: nec ꝑ h̄
aliquē priuat iure ſuo: qꝛ ipe vtiṫ iure ſuo:
nec ipi hñt ius niſi cōditionale. ſ. ſi ipe vel
moriat inteſtat⁹ vel eis dimittere velit.
De hac igitur charitate in ordine ad ſubiectum adhuc duo queri pñt. Primũ eſt vtrũ charitas habita põt diminui vł totaliter amitti: p̄ſertim cũ dicat Aug⁹. viij. de trinitate: ꝙ ſi dilectio nõ eſt vera dilectio dicẽda nõ ẽ: ſed ſicut idẽ dicit in epła ad Iulianũ comitẽ: charitas que deſeri põt nõ vera fuit: ergo neqꝫ charitas fuit. Ad hoc rñdet Tho. ſcða. 2ᵉ. q. xxiiij. inter alia: ꝙ charitas habita diminui nõ poteſt: neqꝫ ꝑ actũ peccati mortalis: qꝛ mortale charitatẽ totaliter corrũpit tã effectiue: qꝛ charitati ꝯtrariatur q̃ etiã meritorie: qꝛ dignus eſt ꝙ illi deus ſubtrahat totaliter ipam charitatẽ: nec etiam ꝑ actũ peccati venialis: nec quidẽ effectiue: qꝛ ad charitatẽ non attingit: ſ tm̃ ad feruorẽ charitatis: nec etiã meritorie: quia deus non plus vel prius ſe auertit ab hoĩe q̃ homo auertit ſe a deo: ſimiliter diminui nõ põt ꝑ ceſſationẽ ab actu virtutis directe loquẽdo: qꝛ licet virtutes ex actib⁹ acq̃ſite ꝑ ceſſationẽ diminui poſſunt: vt dicit phs viij. Ethic. ꝙ multas amicitias inappellatio ſoluit: id eſt non appellare amicũ vel nõ colloqui: cui⁹ rõ eſt: qꝛ ꝯſeruatio vniuſcuiuſqꝫ rei depẽdet ex ſua cauſa. Cauſa vo virtutis acq̃ſite eſt actus hũanus: quibus ceſſantib⁹ virtus acq̃ſita diminuitur: ⁊ tandem totaliter corrũpitur: ſed hoc in charitate locũ nõ habet: qꝛ ſolũ a deo infunditur: ⁊ ſic actu charitatis ceſſante nõ diminuitur charitas directe nec corrũpitur ſi deſit mortale peccatũ: indirecte tñ loquendo diminutio charitatis dici põt diſpoſitio ad corruptiõeꝫ ipius que fit ꝑ venialia peccata vel etiã ꝑ ceſſationẽ ab exercitio operũ charitatis: ſ ꝑ mortale totaliter corrũpi põt: qꝛ ſubiectũ charitatis eſt ad bonũ ⁊ ad malũ vertibile ſm arbitrij libertatẽ. Secũdo queri põt: vtrũ charitas augeri põt. Ad hoc ibidem breuiter rñdet Tho. ꝙ charitas nõ augetur ꝑ hoc ꝙ charitas additur charitati ſicut quidã ponunt: ſed ꝑ hoc ꝙ charitas intenditur in ſubiecto: ita ꝙ ſubiectũ magis ac magis charitatẽ ꝑticipat: ſm ꝙ magis reducitur in actũ illius ⁊ illi magis ſubditur: nõ tñ intelligendũ eſt ꝙ in quolibet actu charitatis ipa charitas augeatur: ſed q̃libet actus charitatis diſponit ad augmentũ charitatis: inquãtũ ex vno actu charitatis ꝓmptior redditur ad agendũ ſm charitatẽ: ⁊ ſic abilitate creſcẽte ꝓrumpit in actũ feruentiorẽ dilectionis quo conatur ad charitatis ꝑfectionem: ⁊ tunc charitas augetur in actu: ⁊ huic quidẽ augmẽto charitatis nullus termin⁹ imponi põt in ſtatu vie: tũ qꝛ charitas ſm rõnẽ ꝓprie ſpeciei terminũ augmẽti nõ habet: eo ꝙ eſt ꝑticipatio quedã infinite charitatis q̃ eſt ſpũſſancti: tũ etiã qꝛ cã agens charitatẽ eſt infinite virtutis. ſ. deus: tum deniqꝫ qꝛ creſcẽte charitate ſemꝑ in ſubiecto ſupcreſcit abilitas ad vlterius ꝓcedendum vel augmentandũ: capacitas enim creature rõnalis ꝑ charitatẽ augetur: qꝛ ꝑ ipam cor dilatatur: iuxta illud. ij. Cor. vj. Cor noſtrũ dilatatũ eſt: ⁊ ideo ſemꝑ remanet abilitas ad maius augmentũ. Ad lau.

## De obiecto charitatis ſcꝫ ſũmo bono: ⁊ de mercãtia amoris: ac de quattuor que ſunt ꝑ ordinẽ ex charitate diligẽda: Sermo XVII

Onora patrẽ tuuꝫ

m ⁊c. Iã ordine debito videndũ eſt de obiecto ſũmo charitatis: de q̃ p̄mo q̃ritur vtrũ ſumma bonitas ſit p̄ma rõ diligendi omne illud qð ex charitate diligitur: ac ꝑ ꝯſequẽs obiectũ formale ipi⁹ charitatis: p̄ſertim cũ ſicut ſe habet ens ad cognitionẽ: ita bonũ ad dilectionẽ: ſed p̄ma rõ cognoſcendi nõ eſt ſũmũ ens ſed ens cõe creatori ⁊ creature cõitate analoga: ḡ ſilr prima rõ diligendi nõ eſt ſumma bonitas ſ bonitas cõis creatoris ⁊ creature cõitate analoga.

Ad hoc rñdet Rich. ſup. iij. diſ. xxviij. ꝙ p̄ma rõ diligẽdi ex charitate eſt ipſa ſũma bonitas: qꝛ ſicut p̄mo rõ videndi eſt illud rõne cui⁹ mouet viſũ quicq̃d mouet viſum vt lumẽ vel color: ⁊ ſicut p̄ma rõ intelligẽdi ẽ illud rõne cui⁹ intelligitur quicq̃d intelligitur vt ens vel verũ: ſic cõcedendũ ẽ illud eſſe p̄mã rõnem diligẽdi ex charitate: rõne cui⁹ diligitur quicq̃d ex charitate diligitur: h̃ eni ſumma bonitas ꝓpter quã oĩa diligenda ſunt q̃ ex charitate ſunt diligenda. Ad obiectũ igitur dicendũ: ꝙ nõ eſt ſilr de p̄ma rõne diligẽdi ex charitate: ⁊ de p̄ma ratiõe diligẽdi cõiter deũ: qꝛ ſicut diligere cõmuni⁹ eſt q̃ ex charitate diligere: ſic prima rõ diligẽdi cõmunior ẽ q̃ p̄ma rõ diligẽdi ex charitate: ⁊ ideo ſi detur ꝙ p̄ma rõ diligẽdi cõmuniter dicti nõ ſit ſumma bonitas: ſed bonitas cõmunis creatoris ⁊ creature cõitate analoga: ꝓnt ꝯcludere videtur argumẽtũ: nõ tñ ꝓpter hoc ſequitur ꝙ ſumma bonitas non ſit p̄ma rõ diligẽdi ex charitate: ex q̃b⁹ ꝯcluditur qð ſũma bonitas ẽ p̄ma rõ diligẽdi ex charitate ⁊ obiectũ formale ipſi⁹ charitatis. Pro q̃ ſciendũ ꝙ ſũma bonitas põt ꝯſiderari dupliciter: ſcꝫ ſm eſſe qð hꝫ in re: vel ſm eſſe qð hꝫ in aĩa vł mẽte. Sũma bonitas ḡ ẽ formale charitatis obiectũ ſm eẽ qð hꝫ in re: ⁊ ex cõſequẽti eſt eius obiectũ ſm eſſe qð habet in nr̃a mente. Cui⁹ rõ eſt: qꝛ eſſe reale bonitatis idẽ eſt cum ipſa bonitate: ſed eſſe ſuũ qð habet in nr̃a mente in rõne cognoſcibilis eſt ipm eſſe noſtre menti rep̄ſentari: vel ab ea aliquo mõ cognoſci: mõ noſtra volũtas ꝑ charitatẽ primo ⁊ p̄ncipaliter tendit ꝑ dilectionẽ in ipam ſummã bonitatẽ in ſuo reali eſſe qð eſt idẽ cum ea: ⁊ ex conſequẽti diligit eam noſtre menti p̄ſentari: ⁊ a noſtra mente cognoſci. Hinc eſt qð domin⁹ vniuerſaliter omnib⁹ p̄ceptum charitatis indixit: dicens: Diliges dominũ deũ tuũ ex toto corde tuo ⁊c. ⁊ ne queram⁹ diuerticulũ ad excuſandas excuſationes in peccatis: ipa charitas om

nibus venalis exponit̄: nec eſt pſonarum
acceptio apud deū: vt dicit̄ Roma.ij. quia
ſolē ſuum oriri facit ſup bonos ꝛ malos: ꝛ
pluit ſup iuſtos ꝛ iniuſtos: vt dr̄ Matth.
v. Nec eſt qui ſe abſcōdat a calore eius: vt
dicit pſ. Uis nūc videre ſignū mercātie
amoris hui⁹: audi pſ. Suauis dn̄s vniuer
ſis: ꝛ miſ. eius ſup ꝛc. neminē tamē ad ei⁹
emptionē violentat: ſed vt dicit̄ Eccl̄.xv.
Deus ab initio cōſtituit hominē rectum: ꝛ
reliquit eum ī manu cōſilij ſui: tn̄ aūt ſua/
det q꜡ coacta ſeruitia nō acceptat: vn̄ dicit̄
Apoc̄.iij. Dicis q꜡ diues ſum ꝛ locuples ꝛ
nulli⁹ egeo: ꝛ neſcis q꜡ tu miſer es ꝛ miſe/
rabilis: paup: cecus ꝛ nudus: ſuadeo tibi
emere a me aurū ignitū ꝛ pbatum vt locu
ples fias ꝛ veſtimentis albis induaris: vt
nō appareat cōfuſio nuditatis tue: hoc ibi.
Sed forte cauſeris de difficultate tā inue/
niēdi q̄ȝ adeūdi feliciſſimā apothecā hui⁹
mercātie: ꝛ licȝ multi eſſent qui eā cōpare
vellēt: tn̄ locoꝝ incertitudo ꝛ itineris lon/
gitudo eos ab hoc ꝓpoſito reuocaret. Ad
hoc fidenter reſpondeo ꝙ deus qui chari/
tas eſt: vbiq; regnat: vbiq; maieſtas eius
omnia replet: ac eius charitas complectit̄
vniuerſa: q̇nimo ꝓpe eſt dn̄s omnib⁹ inuo
cātibus eum in veritate: ſi tamē eius apo/
thecā magis delectat inuenire: queramus
eam cū ſponſa dicente: Indica mihi quem
diligit aīa mea: vbi paſcas: vbi cubes in
meridie: ne vagari incipiā poſt greges ſo/
daliū tuoꝝ: curre fidelis ſponſa ad lectulū
ſponſi tui ꝛ mercantiā amoris inuenies:
curre inquā ad dimenſionē crucis: q꜡ nul/
libi vendit̄ amor niſi in hac apotheca: vbi
ex amore pater filium ꝛ fili⁹ obtulit ſemet/
ipm̄: amplectere illū cū magdalena ꝛ ſcru/
tando cōprehende ſi potes cum omnibus
ſanctis que ſit longitudo: latitudo: ſubli/
mitas ꝛ pfundum amoris huius feliciſſi/
me apothece: felix paul⁹ qui dicebat: Mi/
hi autē abſit gloriari niſi in cruce domini
noſtri ieſu chriſti. Sed rurſus de quātita/
te pcij expaueſcis forſan ꝙ anguſtias tuas
incōpabiliter excedat: ꝛ dicis cum apoſto/
lo: Uelle quidē adiacet mihi: pficere autē
nō inuenio. Unde ad eandē margaritā cō/
parandam allectus: Hugo dicit inter alia.
O charitas ſi ſcirem quāti vales precium
pro te appenderem: ſed forte excedis angu
ſtias meas: nec inuenire potero preciū tuū
penes me: dabo tamē qd̄ habeo ꝛ totū qd̄
habeo: ꝛ tota domus mee ſubſtātia te com
mutabo: ꝛ cum totā dedero totū quaſi ni/
hil iam reputabo: omnes delectatiōes car/
nis mee: omnes iocūditates cordis mei p/
pter te libēter impendā vt te ſolā poſſide/
re valeā: tu ſola mihi charior: tu ſola vtili
or: tu ſola ſuauior: tu ſola iocūdior ampli⁹
delectaris: abūdantius ſatians: tuti⁹ ſal/
uans: felicius cōſeruans: ꝛ poſtea cauſam
ſubdit cōparationis hui⁹ dicens: Nūquid
parū eſt deum in ſe manentē habere tantū
eſt charitatē poſſidere: q꜡ ſm̄ Bern̄. Deus
charitas eſt: quid pcioſius: ꝛ qui manet in
charitate in deo manet: quid ſecuri⁹: ꝛ de⁹
ī eo: quid iocūdius: vnde inquis ergo tā/
tū inueniā preciū ad cōparandū? Sed ne
expaueſcas ne diffidas o homo: omnes ſa
tiare deſiderat qui omnes ad hūc vite fon
tem inuitat: dicens Ioh.vij. ſi quis ſitit. ſ.
amorē: veniat. ſ. affectionis paſſib⁹ ad me
ſcȝ fontem indeficientē vite ꝛ charitatis:
ad me torrentē inebriantis voluptatis: ad
me dulcedinē transformātis amoris ꝛ bi/
bat: ſed quo pcio dn̄e: omnes inquit ſitien
tes venite ad aquas ſcȝ grē ꝛ charitatis: ꝛ
qui non habetis argentū ꝓperate: emite ꝛ
comedite: venite emite abſq; argēto ꝛ abſ/
q; vlla cōmutatiōe vinū ſcȝ amoris ꝛ chari
tatis ꝛ lac puritatis: q꜡ charitas opit mul
titudinē peccatoꝝ: nō ergo emit̄ auro vel
argento nō quibuſlibet iocalib⁹ vel orna/
mentis: nō adulterinis crinibus aut fuca/
mētis: nec caudatis veſtibus: nec roſtrat̄
calceis: hec enī oīa dn̄i ſunt licȝ ab homi/
nibus abutant̄. Deinde eſt terra ꝛ pleni/
tudo eius de ꝓpria moneta margaritā hāc
cōpare neceſſe ē nō de his q̄ dn̄i ſunt: qui⁹ ſt̄
oīa bona tpalia: corpalia: ſpūalia ꝛ eterna/
lia: apienda eſt ḡ ꝓpria burſa ꝛ ꝓpria mo/
neta tradenda burſa nr̄a cor noſtrū eſt in q̄
moneta noſtra recōdit̄ ſcȝ ſcelera ꝛ pecca/
ta que noſtra ſunt ꝛ ꝓpria: ꝛ hec dominus
p mercantia amoris gratāter acceptat: q꜡
illa tn̄ ſunt noſtra: oīa xͦo bona dei ſunt:
iam cōſidera quid das ꝛ q̇d recipis: nihil
charius eo quod emit̄: nihil vilius eo quo
emit̄: pciū ſoluis cū peccata hūiliter reco/
gnoſcis ꝛ cōfiteris: charitatē recipis cum
remiſſionē acquiris: audi pcium ſoluentē:
dixi cōfitebor aduerſum me iniuſticiā meā
dn̄o: audi margaritā diuine dilectiōis re/
cipientem: ꝛ tu remiſiſti impietatē peccati
mei. O pelag⁹ infiniti amoris q̇d agis q̇d
ſuſtines: o ſblimites ſapiētie dei q̄ exupas
omnē ſenſū quō ex amore quodāmō ſtulta
facta es: nimirum ſcelerib⁹ noſtroꝝ acceptis
ꝛ ampliſſimū donum tue charitatis indul/
gens: vt amore tuo beatos nos facias ine/
terrib: vn̄ querit Aug⁹. in li. cōfeſ. q̇d tibi
ſum bone ieſu vt amari te iubeas ꝛ pcipi/
as: ꝛ niſi faciā iraſcaris ꝛ mineris mihi in/
gentes miſerias. Rn̄det Bern̄. lib. de dili/
gendo deū cū amat deus nihil aliud vult
q̄ȝ amari certiſſime ob aliud non amat niſi
vt amet̄ ſciens ipſos amore beatos qui ſe
B amauerint. Secūdo pncipalit̄ queri pōt
ex quo ſm̄ Augu. j. de doc. xp̄iana. q̄ttuor
ſunt diligēda. Unū qd̄ eſt ſupra nos. Alte/
rū qd̄ nos ſum⁹. Tertiū qd̄ eſt iuxta nos.
Et quartū qd̄ eſt infra nos. Utrū ſcȝ omne
illud qd̄ eſt ſupra nos p naturā ex charita/
te diligendū eſt: pſertim cū non ſolū deus
videat̄ ſupra nos eſſe: ſed etiā angeli boni
ꝛ mali: ꝛ ipſa beatitudo quā expectamus.
Ad hoc rn̄det Rich. vbi ſupra: ꝙ oē illd̄
qd̄ p naturā eſt ſupra nos: ex charitate di/
ligendū eſt: nam ꝙ deus ex charitate dili/
gendus eſt: ſatis patet ex iam dictis. Dili/
gēndi ſunt etiaȝ ſancti angeli ex charitate
cum ſint pticipes eterne beatitudinis: in q̄
cōmunicāt homīes cū angelis: ſicut dicit̄
Matth.xxij. ꝙ in reſurrectōe erūt homīes
ſicut angeli in celo charitatis enī amicitia
vt dictū eſt ſupra: fundat̄ ſup cōmunicati/
one beatitudinis et̄ne. Nec mirū ſi diligē/
di ſunt: cum ꝛ ipſi affectu pariter ꝛ effectu
cordialiter nos diligūt: nam q̄ꝛtum ad pri/
mū dicit Origen̄. ſup librū numeroꝝ ome/
lia.lxix. Agunt angeli diem feſtū letantes
ſup his qui refugiētes cōſortia demonū: p
exercitia virtutū ſe feſtināt angelicis ſocia
re cōſortijs. Q̄ꝛtum etiā ad ſecūdum dicit
ibidem omel. lxvj. Adeſt vnicuiq; noſtrū
etiā minimis qui ſunt in eccleſia: angelus
bonus: angelus dei: qui regat: q̇ moueat:
qui gubernet: qui p actibus noſtris corri/
gendis: ꝛ miſeratiōibus poſcēdis: quoti/
die videat faciē patris: hec ille. Ceterū dia
bolus cū ſit nomē nature in malicia obſti/
nate: ideo cōcedi nō debet ꝙ ſit ex charita/
te diligēdus: niſi cum hac determinatiōe:
ſcȝ rōne ſue nature que naturaliter eſt bo/
na ꝛ a deo eſt: nō eſt tamē eius natura dili/
genda ex charitate amore amicitie: quo rei
dilecte vitā eternā optamus: imo ex chari
tate in eius eterna punitiōe diligere debe/
mus dei iuſticiā: iuxta illud pſ. Letabit̄
iuſtus cū viderit vindictā: ſed illā naturā
ex charitate diligere debemus: volēdo eā
cōſeruari ad dei gloriā: ſicut etiā diligim⁹
creaturas irrōnabiles: nō ꝙ velim⁹ eis bo
nū vite eterne: ſ inquātū volum⁹ eos ꝑma
nere ad dei gloriā ꝛ vtilitatē hoīm. Deniq;
beatitudo ſilr̄ eſt ex charitate diligēda: q꜡
nō tn̄ illud ex charitate diligit̄ ad qd̄ ha/
bet̄ amicitia: ſ etiā bonū illud qd̄ optam⁹
amico vel qd̄ manere volum⁹ illi⁹ gra: ſm̄
quē modū beatitudinē ex charitate diligi/
mus: eā enī nobis ꝛ amicis volum⁹: ꝛ eaȝ
ad dei gloriā manere volum⁹: ad quē ſum/
me charitatis amicitiā hr̄e debem⁹: nō tn̄
eſt intelligēdū ꝙ beatitudo creata ſit p na/
turā ſupra nos cū ſit accidēs: ꝛ natura ſbē
ſit nobilior q̄ȝ accidētis. Tertio pncipalr̄
q̄ri pōt: vtrū ex charitate diligēdū ſit illud
qd̄ ſum⁹ nos: pſertim cū id qd̄ ad charita/
tē ptinet: nō pōt eē vitupabile: q꜡ charitas
nō agit pperā: vt dr̄. j. ad Cor. xiij. ſ amare
ſeipm̄ ē vitupabile. dicit̄ enī. ij. ad Timo.
iij. In nouiſſimis dieb⁹ inſtabūt tpa picu/
loſa: ꝛ erūt hoīes ſeipoſ amātes. Ad hoc
rn̄det Tho. ſcd̄a 2ͤ. q. xxv. ꝙ cū charitas
ſit amicitia quedā: iō dupliciť de charita/
te loqui poſſum⁹. Uno mō ſb cōi rōne ami/
citie: ꝛ ſic amicitia ꝓprie nō habet̄ ad ſeipm̄
ſ aliq̇d mai⁹ amicitia: q꜡ amicitia vnionē
quādā importat. Dic̄ enī Diony. ꝙ amor ē
virt⁹ vnitiua: vnicuiq; aūt ad ſeipm̄ ē vni/
tas q̄ potior ē vnione. Un̄ ſic̄ vnitas eſt pn
cipiū vnionis: ſic amor q̇ q̇s ſeipm̄ diligit ē
forma ꝛ radix amicitie: in hoc enī amicitiā
habemus ad alios: ꝙ ad eos nos habem⁹
ſic̄ ad noſipſos. Alio mō loqui poſſum⁹ de
charitate ſm̄ ꝓpriā rōnē ipi⁹: put. ſ. eſt ami
citia hoīs ad deū pncipalit̄: ꝛ ex ꝯſti ad
ea q̄ dei ſunt: int̄ q̄ etiā eſt ipe hō q̇ charita
tē habet: ꝛ ſic int̄ cetera q̄ ex charitate dili/
git q̄ſi ad deū ptinētia: etiā ſeipm̄ ex chari/
tate diligit. Q꜡ aūt amātes ſeipoſ vitupe
rant̄ inq̄ꝛtū amāt ſe ſm̄ naturā ſenſibilem
cui dānabilit̄ obtēpant: h̄ enī nō eſt xͦe ex
charitate ſeipm̄ amare: ſ q̇s xͦe ſeipȝ amat
ſm̄ naturā rōnalē: vt velit ſibi ea bona q̄
ptinēt ad pfectionē rōnis: ꝛ h̄ mō pcipue p
charitatē ptinet diligere ſeipm̄. Quarto A
pncipaliter queri pōt: vtrū ex charitate di
ligendū ſit oē illud qd̄ eſt iuxta nos: quo
ad naturā eiuſdē ſpeciei nobiſcū complete
exiſtēs in ſpecie: id eſt oīs hō ſiue bon⁹ ſiue
mal⁹: pſertim cū dr̄ Sap. xiiij. Silr̄ odio ſt̄
deo impi⁹ et impietas ei⁹. Ad h̄ dic̄ Rich.
vbi ſupra: ꝙ oē illud qd̄ eſt iuxta nos di/
ligendū eſt inq̄ꝛtū hō eſt: dilectiōe amicitie.

optando ſibi beatitudinē eternā: ſi nō fue/
rit obſtinatus in malicia: qđ dico propter
antichriſtū: qui h̄ mō nō erit diligēd⁹: ſed
eo mō diligēdus eſt quo diabolus: vt iam
dictū eſt. Unde homo inquātū hō nō odit̄
a deo: ſed ſua impietas ꝑ ſe: ⁊ iꝑ̄enet ꝑ ac/
cidens rōne impietatis ſue: ſi ꝗ dei inimi/
cus non poteſt a charitate excludi: quāto
minus inimicus ꝓprius: ſicut plus eſt pō/
deranda iniuria diuina ꝗ̄ ꝓpria. Hinc dic̄
Bonauē. ſup. iij. diſt. xxx. ꝙ charitas ī ho/
mine vera nō eſt: niſi diligat oē diligibi/
le: diligibile autē a charitate eſt oē illud
qđ eſt poſſibile ad beatitudinē ꝑuenire: et
ideo non habet aliquis charitatē niſi dili/
gat omnes illos qui ſunt in ſtatu vie: ſiue
ſint amici ſiue inimici. Unde in pš. dicit̄:
Latū mandatū tuū nimis: quia mandatū
charitatis ad omnes ſe extendit: ⁊ ſicut lō
gitudo mādati ſe extendit ad omnē diffe/
rentiā tēporis: ſic latitudo ad omnē ꝑſonā
hominis viatoris. Sciendū tamē ꝙ duplex
eſt amoris affectus. Quidā eſt a charitate
elicitus: ſcȝ quo ꝗs optat alteri ſummū bo
nūm ſiue beatitudinē eternā: ⁊ ad illū affe
ctum omnes tenent̄ tam erga inimicos ꝗ̄
erga amicos. Alius eſt amoris affectus a
charitate imperatus: quo ſcȝ optat ꝗs alteri
bonū temporale ⁊ ꝓſperitatē tranſitoriā: ⁊
ad illum affectū non tenent̄ ex neceſſitate:
ſed tñ ex ꝑfectione: vt inimicos diligant:
ſed ſufficit ꝙ nō odiant ⁊ de eoꝝ aduerſi/
tate nō gaudeant: niſi forte ad aliqđ bonū
inde ſperatū. Quinto ꝑncipaliter queri
poteſt: vtrū ex charitate ſit diligendū oē
illud qđ eſt infra nos quo ad naturā. ſ. cor
pus noſtrū: ꝑſertim ꝙ ſi corpus noſtrū eſt
diligibile ex charitate: eo ꝙ ſeruit aīe: ꝑ con
ſequēs etiā oēs alie creature que ſunt in/
fra nos eſſent diligibiles ex charitate: cuȝ
omnia creata ſeruiāt aīe: inquātū ꝑ ea re/
duci pōt in dei cognitionē: ſm apoſtolū di
centē Roma. j. Inuiſibilia dei a creatura
mūdi ꝑ ea que facta ſunt intellecta conſpi/
ciunt̄. Ad hoc rn̄det Bonauē. ſup. iij. diſt.
xxviij. Qꝛ cū charitas ſit pōdus inclinās
ad ſummū bonum ⁊ ꝑfectam beatitudinē:
omne illud facit diligere qđ eſt beatū ⁊ be/
atificabile: qꝛ ꝗ cōtingit aliquid eſſe beatū
tripliciť: ſcȝ ꝑ eſſentiā ſicut ſolus deus: ⁊ per
ꝑmā influētiā ſicut rōnalis ſpūs ac ꝑ quādā
redūdantiā ſicut corp⁹ hūanū: in qđ gaudiū
glorie redūdat ꝑ ꝯiūctionē ſui ad aīaȝ bea
tā. Hinc ē ꝙ oīa iſta ſunt ex charitate dili/
gēda ſm ꝑus ⁊ poſteri⁹: ſm maius ⁊ min⁹
ſicut pars ꝙ charitas nō ſolū nos facit deū
diligere ⁊ rōnalē ſpiritū ſ etiā corp⁹. Uerū
tamē ſm Rich. ibidē: alie creature irrōna/
les ad noſtrā eſſentiā nō ꝑtinētes: ſūt qui/
dem ex charitate diligēde: nō tñ dilectiōe
amicitie ꝓprie loquēdo: ſ inquātū ex cha/
ritate volum⁹ illas cōſeruari ad honorem
dei ⁊ vtilitatē hoīm: ꝗs ex charitate diligi
mus dilectiōe amicitie: ſic eñ ⁊ de⁹ ex cha/
ritate creaturas illas diligit: iuxͣ illud Sa
piētie. xj. Diligis oīa que ſunt. Ad lau.

## De ordine charitatis reſpectu diligibiliū: ac de mō diligēdi obiectū formale charitatis qđ eſt ſummū bonū: Sermo XVIII

# Honora patrē tuū.

m ⁊c. Poſt ꝑmiſſa videnduȝ eſt de
ordine charitatis reſpectu diligi
biliū: ac de mō diligēdi vnūqđq diligibi/
liū: vt ſic ſalubriter amās ad vnūqđq dili
gibiliū ordinate moueri valeat: ⁊ dicat il/
lud Cant. ij. Introduxit me rex in cellā vi
nariā: ordinauit in me charitatē. Ad cu/ A
ius euidentiā ꝑmo queri pōt: vtrū ſit ordo
in charitate reſpectu diligibiliū: ſicut ſentire
videt̄ Aug⁹. in li. de doc. chriſtiana. c. vij.
dicens: Inter diligibilia ꝑmo ordinati ſu/
mus ad illud qđ eſt ſupra nos: deinde ad
illud qđ nos ſumus: tertio ad illud qđ eſt
iuxta nos: ⁊ quarto ad illud qđ eſt infra
nos. Ad hoc rn̄det Rich. ſup. iij. diſt. xxix.
ꝙ ordo quidam eſt reſpectu diligibiliū: qꝛ
ſm Aug. xj. de ciui. dei. et. xiij. ꝯfeſ. Amor
eſt pōdus anime: ſicut ergo corpora ꝑ ſua
pondera ordinate mouent̄ ad loca ſua: et
ordinate in eis quieſcūt: ſic anima ꝑ chari/
tatiuū amorē ordinate mouet̄ ad diligibi/
lia: ita ꝙ hic ordo eſt ꝑ ipſam charitatē in/
clinatiue: qꝛ voluntatē inclinat ad diligi/
bilia: ſm ꝙ plus ⁊ minus habet de bonita
te ceteris paribus: cum eñ nō ſit diligibi/
le niſi bonū ſm ꝙ res plus habet de boni/
tate plus etiam habet de diligibilitate: in
actib⁹ aūt charitatis ē ordo ille formaliť:
ipſi eñ actus charitatis reſpectu diligibi/
liū ordinati ſunt: ⁊ in h̄ ordine diligibiliū:
ipē de⁹ ꝗ eſt ſummū bonū ꝑmatū obtinet:
qꝛ ꝗlibet amicitia illū ſpecialiť reſpicit in
quo ꝑncipaliť eſt illud bonū: ſup cui⁹ cōi/
cationē fundat̄ amicitia: eo ꝙ ipō ꝑncipa/
liť depēdet illa cōicatio: ſ amicitia charitis
fundat̄ ſup eternā beatitudinē ꝗ in deo ē ꝑ
eſſentiā: in nullo aūt alio ē niſi ꝑ ꝑticipatōȝ:
deus eñ cōe ⁊ fontale bonū eſt: a ꝗ ſolo de/
pēdet cōicatio btītudinis eťne: ⁊ iō ꝑncipa/
liť ex charitate diligēd⁹ ē. Scđo vō ꝗri pōt
vtrū igiť de⁹ ꝓpter ſe ⁊ ſup oīa diligēd⁹ eſt:
ꝑſertim cū illud qđ diligēdū ē ꝓpter merce/
dē nō eſt ꝓpter ſe ⁊ ſup oīa diligēdū: qꝛ ſm
phm. j. Poſter. Illud ꝓpť qđ amauim⁹ aliđ
magis ē amatū: ſ de⁹ diligēd⁹ eſt ⁊ ſibi ſuiē/
dū eſt ꝓpter mercedē. Hinc pš. dicebat ī ſui
cōmēdatiōȝ: Inclinaui cor meū ad faciēdas
iuſtifi. tuas ineternū ꝓpter retributōēȝ. Ad
h̄ rn̄det Rich. vbi ſ. ꝙ de⁹ diligēd⁹ eſt ꝓpter
ſe ⁊ ſup oīa: qꝛ dic̄ Aug. de doc. xp̄ia. ꝙ de⁹
ꝓpter ſeipm ⁊ ampli⁹ hoīe diligēd⁹ eſt: in ꝗ
ſatis dat̄ intelligi ꝙ ſit ſup oīa diligēd⁹: hoc
etiā inuit dñs Lu. xiiij. vbi dic̄: Si ꝗs venit
ad me ⁊ nō odit patrē ſuū ⁊ ma. ⁊ vxo. ⁊ fil. ⁊
fratres ⁊ ſo. adhuc aūt ⁊ aīaȝ ſuā nō pt me⁹
eſſe diſcipul⁹: ſ oīa ꝗ inꝗ̄tū elongāt a deo ꝑ
pter deū odiēda ſunt: min⁹ ſunt diligēda ꝗ̄
de⁹: ꝗ de⁹ plus ē diligēd⁹ ꝗ̄ oīa ꝑdicta ac ꝑ
ꝯñs ſup oīa. Hui⁹ aūt rō eſt: qꝛ quātū res hȝ
de bonitate tantū hȝ de diligibilitate: cū ni/
hil ſit diligendū niſi bonū: ſed bonitas dei
trāſcēdit ī infinitū bonitatē toti⁹ creature: ꝗ
plus ꝗ̄ tota creatura diligēd⁹ ē: vn̄ dic̄ ibidē
Bonauē. ꝙ ſm ordinē charitatis deus etiā
ꝑponend⁹ ē nobis intantū vt amor reſpectu
nrī: nec eq̄ri poſſet: nec ꝑponi amori dei: ſal/
na ſub̄a habit⁹ charitatis: cui⁹ rō eſt: qꝛ cha
ritas facit deū diligi tanꝗ̄ finē vltimū ⁊ tāꝗ̄
ſummū bonū: ⁊ qꝛ finis vltim⁹ ē vn⁹ ſolus ⁊
ſūmū bonū: ſilr nō hȝ aliud ſupius ſe vľ ſibi
eq̄le. Hinc eſt ꝙ ſm charitatis legē impoſſi/
bile ē aliꝗd plus deo vel eq̄liter ipī deo ama
re: charitas eñ qꝛ diligit deū ſicut ſummū dili
git deū ſup oīa: ⁊ qꝛ diligit ipm ſicut finē vlti/
mū: diligit eū ꝓpter ſe: qđ aūt diligiť ꝓpter
ſe ⁊ ſup oīa: diligiť dilectōe fruitiōis: qđ vō
ꝓpter aliud diligiť dilectiōe vſus: ꝗ cū cha
ritatꝭ ſit oīa ad deū tanꝗ̄ ad finē vltimū re/
ferre: ſicut pōderis eſt corp⁹ ad locū ꝓpriū in/
clinare: hinc ē ꝙ charitas facit nos deū pl⁹
ꝗ̄ noſmetipōs diligere. Ad obiectū igiť ꝙ
deus ꝓpter mercedē diligēd⁹ ē: rn̄det Rich.
ibidē: ꝙ deū diligi ꝓpter mercedē tripliciť
accipi pōt. Uno mō ꝓ mercede increata que
de⁹ eſt: de ꝗ dicit̄ Gen. xv. Noli timere abrā
ego ꝓtector tuus ſū: ⁊ merces tua magna ni
mis: ⁊ tales ſunt boni mercēnarij: de ꝗb⁹ dr̄
Lu. xv. Quāti mercēnarij ī domo pr̄is mei
abūdāt panib⁹: vbi dic̄ glo. ꝗ future merce/
dis intuitu digna oꝑari ſatagūt: ꝗtidianis
ſupne grē reficiūt̄ alimētis. Alio mō ꝓ mer
cede creata ꝗ tñ nobilior eſt ꝗ̄ mot⁹ charita
tis vie: cuiuſmodi merces ē clara dei viſio ⁊
ei⁹ ꝑfecta fruitio: ⁊ ſic etiā de⁹ diligi pōt ex
charitate ꝓpter mercedē ſicut ꝓpter finē: non
in ꝗ quieſcit ꝗ ꝓprie finis vltim⁹ eſt ⁊ bonū
increatū: ſ ꝗ eſt ipā quies ꝗ vltim⁹ finis nō
eſt: ꝗ̄uis ſit ī fine vltimo. Tertio mō ꝓ mer
cede tꝑali: ⁊ ſic de⁹ nō eſt diligēd⁹ ꝓpť mer/
cedē ſicut ꝓpter finē: qꝛ res oīs tꝑalis ē min⁹
digna ꝗ̄ mot⁹ charitatis: pōt tñ diligi ꝓpť
mercedē ſicut ꝓpter aliꝗd coadiuuās ad mo/
tū dilectiōis: ſicut diſtributio quotidiana pōt
eſſe coadiuuās ad h̄ vt canonicus vadat ad
ecctiā: nō tñ eſſe dȝ rō ꝑncipalis. Tho. ſcđa
2ᵉ. q. xxvj. dic̄: ꝙ hō nō ſolū amicitia chari/
tatis que fundat̄ ſup cōicatiōe donoꝝ grē ⁊
glīe deū diligere dȝ ſup oīa ⁊ plus ꝗ̄ ſeipm:
eo ꝙ btītudo in deo ē ſicut in cōi ⁊ fontali oīm
ꝑncipio: ꝗ beatitudinē ꝑticipare pn̄t: ſ etiā
amore naturali diligit ꝗs deū ſup oīa ⁊ pl⁹
ꝗ̄ ſe: qꝛ ab eo nature bonū accipim⁹: nā ſup
cōicatōe bonoꝝ naturaliū nobis a deo facta
fundat̄ amor naturalis: ꝗ nō ſolū hō in ſue
nature integritate diligit deū ſup omia etiā
plus ꝗ̄ ſeipm: ſed ꝗlibet creatura ſuo mō. i.
vel intellectuali vt angel⁹: vel rōnali vt hō
vel irrōnali vt bruta aīalia: vel ſaltē amore
naturali ſicut lapides ⁊ alia ꝗ cognitiōe carēt:
qꝛ vnaꝗq3 ps plus amat naturaliť cōe bonū
toti⁹ ꝗ̄ ꝑticulare bonū ꝓpriū: qđ manifeſtat̄
ex ope: ꝗlibet eñ ps inclinatōēȝ hȝ ꝑncipa/
lē ad actionē cōmunē ⁊ vtilitatē totius: ap/
paret etiā h̄ in polić. vtutib⁹ ſm ꝗs ciues ꝓ
cōi bono diſpēdiū ꝓprīaꝝ rerū ⁊ ꝑſonaꝝ in/
cōi bono diſpēdiū ſuſtinēt. Tertio ꝓinde ꝗri pōt de ꝑ/ B
cepto diuine dilectiōis: de ꝗ dr̄ Matth. xij.
Diliges dñm deū tuū ex toto corde tuo: vtꝝ
ſcȝ teneamur ad illū modū diligēdi quē ibi/
dē dñs exꝑmit: ꝑſertim cū h̄ ꝑceptū fragili/
tatē hūanā penit⁹ illaqueare videat̄: dicēte
dño Matth. xix. Si vis ad vitā ingredi ſua
mādata. Iſtud eñ eſt mādatū magnū ⁊ ꝑci/
puū oīm mandatoꝝ ad cui⁹ obſeruatōēȝ hō
maxīe videt̄ obligari: qđ tñ obſuare videt̄
īpoſſibile: ſicut īpoſſibile eſt aliꝗd moueri ſil
⁊ ſemel ī oppoſitꝭ motib⁹: aīa aūt nrā ꝗ̄diu
in carne eſt reflexū hȝ ad corp⁹: qꝛ corp⁹ qđ
corrūpit̄ aggrauat aīaȝ: ⁊ ſic ī mortali vita
totaliť in deū ferri nō pōt: nec ꝑ ꝯñs ex toto
corde diligere. Ad h̄ rn̄det Bonauē. ſup. iij.
di. xxvij. ꝙ cū aliꝗn dicūt doctores hūc mo/

dam dilectiõis impleri poſſe: aliq̃n ṽo im/
pleri nõ poſſe: ex hoc ãmonemur ꝙ vno mõ
ad dictũ dilectiõis modũ obligamur implẽ/
dũ: alio mõ excitamur ad ipm̃ deſiderandũ.
Pro quo ſciendũ ꝙ dupliciter intelligi põt
ꝙ hõ totũ cor poſſideat vt ex toto corde deũ
diligat: aut ita ꝙ excludat omnẽ affectũ ex/
traneũ: ⁊ tũc plene ac ꝑfecte cordi dñat: hoc
aũt eſt qñ oĩs motus cordis refert in deũ: ⁊
ſic oĩs totalitas cordis ponit plenũ dñium:
aut amor dei dr̃ totũ cor poſſidere: ita ꝙ non
excludat omnẽ affectũ extraneũ ſed tm̃ affe/
ctũ oppoſitũ ip̃i deo: hoc eſt ꝙ nihil diligat
ſupra deũ vel equale deo: ⁊ ſic diligit deũ ex
toto corde qui diligit eũ ꝓpter ſe ⁊ ſuꝑ oĩa.
Prima totalitas haberi nõ põt an̄ adeptiõꝫ
glorie vbi ad ip̃m deũ aſpiciemꝰ ⁊ in ip̃m cõ
tinue feremur: ⁊ iõo modus ille diligẽdi nõ
obligat viatores ad ſui impletionẽ: ſʒ expri/
mit in p̄cepto vt ſciamus q̃ ꝑ amorẽ tendere
debeamꝰ: ⁊ vt nemo ꝑfectũ ſe arbitret quo/
uſqꝫ ꝑfectionẽ illã aſſecutꝰ fuerit. Et ſi q̃rit
cur in illo p̄cepto magis exp̃mit q̃ tendere
debeamꝰ q̃ꝫ in alijs p̄ceptis. R̃nderi põt ꝙ
plenitudo legis eſt dilectio: ⁊ finis p̄cepti ẽ
charitas: mãdatũqꝫ dilectiõis eſt p̄mũ ⁊ ma
ximũ diuinũ teſtimoniũ: tõ diſpoſuit ſpũſſã/
ctus circa ip̃m exp̃mere ꝑfectiõꝫ ⁊ cõplemẽ/
tũ: ad qð ſingula bona ⁊ mãdata ordinant
magis q̃ꝫ in aliquo p̄ceptoꝝ. Secũda ṽo to/
talitas haberi põt ꝑ infuſionẽ gr̃e q̃ ẽ expul/
ſiua oĩs mortalis culpe: ſic enĩ ſm Tho. vbi
ſ. q. xliiij. Totũ cor hoĩs etſi nõ actu ſemꝑ
ferat in deũ habitualit: tñ ſemꝑ in deũ ferri
põt: ita ꝙ nihil ꝯ dei dilectionẽ cor hoĩs re/
cipiat: ⁊ h̃ eſt ꝑfectio vie cui peccatũ veniale
nõ cõtrariat: qꝛ nõ tollit habitũ charitatis
cũ nõ tendat ĩ oppoſitũ obiectũ ſʒ ſolũ impe/
dit charitatꝭ vſũ. Quarto q̃ri põt: vtrũ di/
uine dilectionis ſit aliq̃s modus habẽdus:
p̄ſertim cũ ratio boni cõſiſtat in mõ ſpecie ⁊
ordine: vt patet ꝑ Augu. in li. de natura bo/
ni: ſed dilectio dei eſt optimũ in hoĩe: ſm
illud Colo. iij. ſuꝑ oĩa charitatẽ habentes.
Hinc Augu. q̃rit in li. de moribꝰ eccl̃ie: Dic
mihi queſo te: quis ſit diligẽdi modus: ve/
reor enim ne plus minuſue q̃ꝫ optet inflam/
mer deſiderio ⁊ amore dñi mei: fruſtra ṽo
q̃reret modũ ſi nõ eſſet aliq̃s diuine dilecti/
onis modus. Ad h̃ reſpondet Tho. ſcða 2ᵉ
q. xxvij. ꝙ modus importat quãdam menſu
re determinationẽ: que determinatio reꝑit
tam in mẽſura q̃ꝫ in menſurato: ſed aliter et
aliter. In menſura enĩ inuenit eſſentialiter:
quia mẽſura ſm ſeip̃am eſt determinatiua ⁊
modificatiua alioꝝ: in mẽſuratis aũt inue/
nit mẽſura ſm aliud: id ẽ inquãtũ attingũt
menſurã: ⁊ ideo in menſura nihil accipi põt
ĩmodificatũ: ſed res mẽſurata nõ eſt modi/
ficata niſi menſurã attingat ſiue deficiat ſi/
ue excedat. In omnibꝰ igit appetibilibus ⁊
agibilibus menſura eſt finis: quia eoꝝ que
appetimus ⁊ agimus oportet accipere rati/
onẽ ꝓpriã ex fine: vt patet in. ij. phiſicoꝝ: ⁊
ideo finis ſm ſeip̃m habet modũ: ea ṽo que
ſunt ad finẽ habẽt modũ ex eo ꝙ fini ſũt ꝓ/
portionata. Et ideo ſicut dicit phus in p̄mo
Politic̃. Appetitus finis in omnibꝰ artibꝰ
eſt abſqꝫ fine ⁊ termĩo: eoꝝ autẽ que ſunt ad
finẽ eſt aliquis terminꝰ: exempli gr̃a: Me/
dicus nõ imponit aliquẽ terminũ ſanitati:
ſed facit eam ꝑfectã quãtũcunqꝫ põt: medi/
cine ṽo terminũ imponit: qꝛ non dat tantũ
de medicina quãtum põt: ſed ſm ꝓportionẽ
ad ſanitatẽ: quã ſi excederet vel ab ea defice
ret eſſet ĩmoderata: ſic finis omniũ actionũ
⁊ affectionũ hũanaꝝ eſt dei dilectio: ad quã
omnes ordinant q̃ debite ordinant: qꝛ ꝑ eã
maxime vltimũ finẽ attingimꝰ: ⁊ ideo in di/
lectione dei modus accipi non põt ſicut in re
mẽſurata vt ſit in ea accipere plus ⁊ minus:
ſed ſicut inuenit modus in menſura in qua
non põt eſſe exceſſus: ſed quãto plus attin/
git regula tanto melius eſt: ⁊ ita quãto deꝰ
plus diligit tanta eſt dilectio melior: modꝰ
ergo diligẽdi deũ eſt ſine modo diligere: ſm
Bern̄. in li. de diligendo deũ: cũ inquit: Di/
lectio q̃ tendit in deum tendat ⁊ in infinitũ:
nam ⁊ infinitus deus eſt ⁊ immẽſus: quiſnã
queſo debeat eſſe finis noſtri vel modꝰ amo
ris: amat immẽſitas: amat eternitas: amat
ſuꝑeminens ſciẽtie charitas: amat deus cu/
ius magnitudis non eſt finis: cuiꝰ ſapientie
nõ eſt numerus: cuiꝰ pax exuperat omnẽ in/
tellectũ: ⁊ vicẽ repẽdimus cũ mẽſura: vide
nũc quo modo: imo q̃ꝫ ſine mõ deus a nobis
amari meruerit: qui prior dilexit tantus ac
tantũ ⁊ gratis tantillos ac tales: hec ille in/
ter alia. Quinto queri põt quõ intelligat
illud p̄ceptũ Deut. vj. Diliges dominũ deũ
tuũ ex toto corde tuo ⁊c̃. Ad hoc reſpondet
Tho. ibidẽ. q. xliiij. inter alia: ꝙ in Marco
⁊ ĩ Luca ponunt quattuor tradita ĩ hoc p̄/
cepto: in Deut. ṽo ⁊ Matth. ponunt tria: ſʒ
q̃uis alicubi vnũ dimittit: hoc contingit ꝙ
illud ex alijs intelligit: quattuor igit ſunt
de ratiõe huiꝰ p̄cepti. Pro quo ſciendum ꝙ
dilectio eſt actus volũtatis que ſignat hic ꝑ
cor: qꝛ ſicut cor corporale p̄ncipiũ eſt omniũ
corporaliũ motuũ: ita ⁊ voluntas ⁊ maxime
q̃ꝫtum ad intentionẽ finis vltimi: qð eſt ob/
iectũ charitatis: eſt p̄ncipiũ omniũ ſpũaliũ
motuũ: tria ſunt autẽ p̄ncipia actuũ que mo
uent a volũtate: ſcꝫ intellectus qui ſignat ꝑ
mentẽ: vis appetitiua inferior q̃ ſignat ꝑ ani
mã: ⁊ vis executiua exterior q̃ ſignat ꝑ forti
tudinẽ ſeu virtutẽ ſeu vires. Primo igit p̄/
cipit deus diligi ex toto corde: id eſt ex tota
volũtate: vt ſcꝫ ꝑ charitatẽ volũtas totalit
ferat in deũ: hoc enĩ eſt ex toto corde dilige/
re. Or ſi querit an deus totaliter diligi po
teſt: dicendũ ꝙ hoc tripliciter intelligi põt.
Primo vt modus totalitatis referat ad rẽ
dilectã: ⁊ ſic deus totaliter eſt diligẽdus: qꝛ
totũ qð ad deum ꝑtinet diligi debet: ſiue ſit
iuſticia ſiue miſericordia. Secũdo vt totali/
tas ad diligentẽ referat: ⁊ ſic etiã deus to/
taliter diligi debet: vt nõ remaneat in corde
locus amore dei vacuus: quo intret amor ĩ/
ordinatus: ſed oĩa referant in deũ vt eius ho
nor ⁊ beneplacitũ in omnibꝰ p̄ponat. Ter/
tio põt intelligi totalitas ſm cõꝑationẽ dili/
gentis ad rem dilectã: vt ſcꝫ modũ diligẽtis
adequet modo rei dilecte: ⁊ hoc eſſe nõ põt:
cũ enĩ vnũqðqꝫ ſit intantũ diligibile inquã/
tũ eſt bonũ. Deus cuiꝰ bonitas eſt infinita:
eſt infinite diligibilis: nulla autẽ creatura
poteſt deũ infinite diligere: qꝛ oĩs virtꝰ crea
ture ſiue naturalis ſiue infuſa ẽ finita. Hinc
hortat Hugo: dicẽs: Quãtum potes tantũ
diliges: poſſibilitas tua erit menſura tua:
quãto plus amas tanto plus habes: ⁊ quã/
to plus habes tanto felicior es. Extendere
ergo ⁊ dilatare quãtũ potes: vt totũ imple/
atur qð in te eſt: noli timere q̃ſi deficere de/
beat ille ſi nimis capax fueris: ſi vas nõ de/
ficit oleũ ſufficit: cor tuũ vas eſt: amor illiꝰ
oleũ eſt q̃ꝫdiu vas habes: ille infundere nõ
ceſſat: hec ille. Secũdo p̄cipit diligi ex tota
mẽte: id eſt intellectu: vt. ſ. moueat ad aſſen
tiendũ his que ſunt fidei ⁊ ad meditandũ d̃
deo dilecto: qꝛ vbi cor ibi oculus tã exterior
q̃ꝫ interior. Tertio p̄cipit diligi ex tota ani/
ma: id eſt ex vi appetitiua inferiori vt ſe con
formet ꝑti ſuꝑiori: qꝛ ſicut ſpera ſuꝑior mo/
tu ſuo mouet inferiores: ſic etiã volũtas mo
uet appetitum ſenſitiuũ: vt habet. iij. de aĩa
⁊ hoc ꝑ vim amoris p̄ſertim diuini: moue/
tis efficaciter ip̃am volũtatẽ: qua deſiꝑe fa/
cit carnalia ⁊ ardua reddit ſuauia. Quarto
p̄cipit diligi ex tota virtute vel fortitudine:
id eſt vi executiua exteriori: qua ſcilꝫ actus
noſter exterior obediat deo ad operandũ ex
dilectiõe: nec ꝓſperis cedens nec aduerſis:
ſed fideliter cũ apoſtolo clamitans: Omnia
poſſum in eo qui me cõfortat: ⁊ aggredi ar/
dua ⁊ ſuſtinere grauia. Ad laudẽ dei.

## De modo ⁊ ordine charitatis re/ſpectu diligibiliũ boni cõmutabi/lis: Sermo XIX

## Onora patrẽ tuum

b ⁊c̃. Viſo de p̄cepto ⁊ modo diligẽ
di bonum incõmutabile: in p̄ſenti
ſermone videndũ eſt de modo ⁊ ordine dili/
gendi bonũ cõmutabile. De quo p̄mo queri
poteſt: vtrũ ordo charitatis reſpectu diligi/
bilium boni cõmutabilis cadat ſub p̄cepto:
p̄ſertim cũ ea que ſub p̄cepto cadunt: nobis
ſufficiẽter in ſacra ſcriptura tradita ſũt: ſed
ordo charitatis reſpectu diligibilium inter
creaturas nuſq̃ꝫ in ſacra ſcriptura reperit
poſitus. Ad hoc reſpõdet Tho. ſcða 2ᵉ. q. A
xlv. ꝙ modus qui ꝑtinet ad rationẽ virtuo/
ſi actus cadit ſub precepto qð datur de actu
virtutis: ordo autem charitatis pertinet ad
dilectionẽ ip̃ius virtutis: cum accipiat ſm
ꝓportionem dilectionis ad diligibile. Rur/
ſum cum ſm philoſophũ in. v. Metaphy.
Prius ⁊ poſterius dicit ſm relationem ad
aliquod principiũ: oportet neceſſario ꝙ vbi/
cunqꝫ eſt aliquod principiũ: ſit etiã aliquis
ordo: dictũ eſt autẽ in ſermone p̄cedenti: ꝙ
dilectio charitatis tendit in deum: ſicut in
principiũ beatitudinis: in cuius cõmunica/
tione charitatis amicitia fundatur: ⁊ ideo
oportet ꝙ in his que ex charitate diligunt:
attendat aliquis ordo ſm relationẽ ad pri/
mũ principiũ huius dilectiõis qð eſt deus:
ex quibus manifeſte patet: ꝙ ordo charita/
tis ſub p̄cepto cadere debet. Preterea oĩne
illud quod deus facit in nobis ꝑ gratiã: in/
ſtruit ꝑ legis p̄cepta: ſm illud Hiere. xxxj.
Dabo legem meã in cordibus eoꝝ: ſed deus
cauſat in nobis ordinẽ charitatis: ſm illud
Cantic̃. ij. Ordinauit in me charitatem. Ad
illud igitur quod obijcit dicendum: ꝙ ordo
diligendoꝝ in ſacra ſcriptura ſatis exprimi/
tur: cũ enĩ mãdat vt q̃s diligat ꝓximũ ſicut
ſeip̃m: ſatis dat intelligi ꝙ dilectio ſuiip̃ius
p̄ferri debet dilectioni ꝓximi: ſic tñ mãdat
j. Joh̃. iiij. ꝙ ꝓ fratribꝰ aĩam: id eſt vitã cor/
poralẽ ponere debemꝰ: dat itelligi ꝙ ꝓximi
ſalutẽ plus diligere debemꝰ q̃ꝫ corpꝰ ꝓpriũ.
Rurſuꝫ cũ mãdat ad Gal. vj. ꝙ operemur bo/

nā maxīe ad domeſticos fidei: daꝛ intelligi ꝙ inter ꝓximos ceteris paribꝰ meliores magis diligere debemꝰ. Sił ca. j. ad Timo. v. Vituperaꝛ q̄ nō hꝫ curā ſuoꝝ ⁊ maxīe domeſticoꝝ: daꝛ intelligi ꝙ ꝓpinquiores magis diligere debemꝰ: ⁊ ſi ꝓximi diligēdi ſunt: ꝯñs eſt ꝙ magis ꝓximi magis ſunt diligēdi: inꝛ hec autē diligibilia deꝰ vt ꝑtractū eſt ſup oīa diligēdꝰ ē: qđ ipſe chriſtꝰ patēter inuit Luce xiiij. dicēs: Si ꝗs venit ad me ⁊ nō odit patrē ⁊ matrē ⁊ vxo. ⁊ fil. ⁊ fra. ⁊ ſo. adhuc aūt ⁊ a. ſ. nō pōt meus eſſe diſcipulꝰ. Secūdo q̄ri pōt: vtrū ſm ordinē charitatis hō plus debeat diligere ſeipm̄ ꝙ ꝓximū: ⁊ videꝛ ꝙ nō: qꝛ charitas nos facit ꝯformare volūtatē noſtrā volūtati diuine: ſed deꝰ nō magis diligit nos ꝙ ꝓximos: ſꝫ magis diligit ꝓxios nobis meliores: cuiꝰ dilectiōi nos ꝯformare debemꝰ. Preterea deꝰ vult ꝙ magis deſideremꝰ honorē ſuū ꝙ cōmodū nr̄m: vult etiā ꝙ magis amemꝰ ⁊ appciemur qđ magis eſt amandū ⁊ apꝑciādū: ſed ſalus pluriū aīaꝝ magis facit ad honorem dei ⁊ magis appreciandū eſt ꝙ ſalus vniꝰ anime noſtre. Hinc videꝛ dicere apl'us Heb. ix. optabā egoipſe anathema eſſe a xp̄o ꝓ fratribꝰ meis. Ad ħ r̄ndet Bonauē. ſup. iij. di. xxix. ꝙ ſm ordinē charitatis amor ſalutis ꝓprie: ꝑponendꝰ eſt amori ſalutis aliene: alioq̄n vt dꝛ Eccl. xiiij. Qui ſibi nequā eſt cui bonꝰ erit. Dictat etiā ħ iudiciū recte rōnis ⁊ inſtructio nature: nā ſicut natura appetit ſuā ꝯſeruationē: ſic charitas ſuā ꝑfectionē: ſꝫ natura magis appetit cōſeruationē ſui in ſe ꝙ in ſuo ſili: ſic ꝑ ꝯñs ⁊ charitas: nā vnūqđqꝫ plus appetit ꝑfectionē in ſeipſo ꝙ in ſuo ſili: ⁊ qđlibet pondus plus trahit corpꝰ in q̄ eſt ad ſitū ſibi debitū ꝙ trahit ad corpus ſibi annexū. Hinc eſt ꝙ charitas ꝑus appetit deū vniri nobis ⁊ ī nobis habitare: noſqꝫ in ipm̄ deū tēdere: ac in ipſo q̄ſcere ꝙ appetat in aliq̄ alio q̄ nobiſcū hꝫ aliquā ſilitudinē. Ad obiectū ꝗ dicendū ſm Rich. ibidē: ꝙ magnitudo actꝰ diligēdi ex charitate nō tm̄ penſaꝛ ſm magnitudinē boni diligibilis: ſꝫ cū hoc etiā ſm ꝓximitatē diligētis ad diligibilitatē: qꝛ actus charitatis nō tm̄ eſt ab habitu charitatis: ſed etiā a virtute diligētis q̄ eſt volūtas. Ille enī actꝰ eliciꝛ a volūtate ꝑ charitatē: ſic aūt virtꝰ naturalis vt virtus ignis fortiꝰ agit ceteris paribꝰ reſpectu obiecti ꝓximi ꝙ remoti: ſic volūtas fortiꝰ mouet ad diligendū ceteris paribꝰ rem diligēti ꝓximiorē. Faciēda eſt ꝗ cōꝑatio bonitatis diligibilis ꝓximationi ad diligentē: ⁊ ſi bonitas vniꝰ diligibilis plus excedat bonitatē alteriꝰ diligibilis ꝙ approximatio diligibilis minꝰ boni ad diligentē excedat approximationē magis boni ad eūdē minꝰ diligentē: tūc ille diligēs magis diligere maiꝰ bonū debet: ſi autē eſt ecōtrario magis debet diligere minꝰ bonū: ⁊ qꝛ nulliꝰ ꝓximi bonitas tantū excedit bonitatē diligētis ex charitate quātū ꝓximitas diligēdi ad ſeipm̄ excedit approximationē ſui ꝓximi ad eū: ideo dꝫ hō ex charitate magꝭ diligere ſeipm̄ minꝰ bonū ꝙ quēcūqꝫ aliū ꝓximū magis bonū: verūtñ qꝛ diuina bonitas ꝓpꝛ infinitatē ſui plus excedit bonitatē hoīs diligētis ex charitate ꝙ approximatio hoīs ad ſeipm̄ excedit approximatōez dei ad eū: idō magis dꝫ hō diligere deum ꝙ ſeipm̄. Addit etiā Bonauē. ꝙ ſicꝫ eſſentiale ē nature appetere eſſe: ſic etiā eſt eēntiale grē appetere deo cōplacere ⁊ deo adherere: ⁊ idō deꝰ nunꝙ a nobis exigit vt magis ſalutē alienā ꝙ ꝓpriā diligamꝰ. Hinc dicit in euāgelio: Quid ꝓdeſt homi ſi vniuerſum mūdū lucreꝛ: aīe vo ſue detrimētū patiaꝛ. Qꝛ aūt apl'us dic: Optare ſe anathema a xp̄o ꝓ fratribꝰ ītelligiꝛ ad tp̄us ⁊ ſub ꝯditiōe. ſ. ſi optabile eſſet. B Tercio q̄ri pōt: vtrū ꝗ plꝰ hō diligere dꝫ ꝓximū ꝙ corpꝰ ꝓpriū: ꝑſertim cū plus diligendū eē videꝛ illud ſine q̄ nō pōt ꝗs eē ꝑfecte beatꝰ: ꝙ illud ſine quo poteſt eſſe perfecte beatus: ſꝫ aīa nō pōt eſſe ꝑfecte beata etiā btitudine eſſentiali ſine ꝓprio corꝑe: qꝛ dic Augꝰ. xij. ſup Gen. Ineſt aīe naturalis appetitꝰ corpꝰ admiſtrādi: q̄ appetitꝰ quodāmō retardaꝛ ne tota intētiōe ꝑgat in illud ſūmū celū ꝙdiu nō ſubeſt corpꝰ: cuiꝰ admiſtratiōe appetitus ille q̄ſcat: ſicꝫ eñ vnaqueqꝫ res ꝯſeruationē ꝓprie eſſentie naturaliꝛ deſiderat: ſic ⁊ hō cuiꝰ eſſentia ex aīa ⁊ corꝑe dinoſciꝛ cōſtituta. Ad ħ r̄ndet Tho. ſcđa 2e. q. xxvj. ꝙ illud ē magis ex charitate diligēdū qđ habet pleniorē rōnē diligibilis ex charitate: cōſociatio ꝗ in plena ꝑticipatōe btitudinis: q̄ eſt rō diligēdi ꝓximū: eſt maior rō diligendi ꝙ ꝑticipatio btitudinis ꝑ redūdantiā: q̄ eſt rō diligēdi ꝓpriū corpꝰ: ⁊ addit Rich. vbi ſ. dicēs: Qꝛ ꝓximꝰ q̄ ad aīaꝫ plus ē diligēdꝰ: qꝛ bonitas aīe ꝓximi plꝰ excedit bonitatē corporis nr̄i: eo ꝙ directe ē capax dei ꝑ cognitionē ⁊ amorē: qđ corꝑi nr̄o nō ꝯuenit ꝙ ꝓximitas corꝑis nr̄i ad aīaꝫ nr̄aꝫ excedit approximatōꝫ ꝓximi ad eā: maxīe cū ꝓximꝰ nr̄ ſit cōformis aīe nr̄e in rōne ⁊ volūtate: que cōformitas corꝑi reſpectu aīe nō ꝯuenit: vnde magis debet homo ex charitate ꝓximo velle ſuā beatitudinē ꝙ anime ſue illud beatitudinis qđ ſibi accreſcit in corꝑis reſūptione: quia aut nihil ſibi accreſcit de habitudine eſſentiali: aut ita paruꝫ ⁊ tali modo ꝙ plene beatitudini ꝓximi nō debet anteponi maxime qꝛ hō ꝓ ſalute ꝓximi ponēdo aīaꝫ ſuā id eſt vitā corporalē in vitā eternā cuſtodiet eā: qđ vtiqꝫ in aliquo caſu eſt de neceſſitate ꝑcepti: vnde quidam ita diſtinguūt: ꝙ hō debet plus diligere ꝓximū ꝙ corpꝰ ꝓpriū: ꝓ ſtatu corruptibili q̄ ſcꝫ aggrauat animā: vt diciꝛ Sapiētie. ix. nō tñ ꝓ ſtatu incorruptibili q̄ corpus erit anime neceſſariū ad ſue beatitudinis cōplementū. Quarto q̄ri poteſt vtrū hō plus diligere debeat vnuꝫ ꝓximū ꝙ aliū: ꝑſertim cum iuſticia habita nō tm̄ eſt ratio diligibilitatis: ſed etiā poſſibilis haberi: qꝛ dic Augꝰ. li. viij. de tri. c. vj. q̄ amat homīes: aut qꝛ iuſti ſunt: aut vt iuſti ſint amare debet: ſꝫ oēs homīes ꝙuis nō ſint eque iuſti: tñ equaliꝛ capaces ſunt iuſticie: ſi deus infūdere vellet: ergo ratiōe iuſticie poſſibilis haberi debēt oēs equaliꝛ diligi. Ad hoc r̄ndꝫ Rich. ſup. iij. di. xxix. ꝙ hō magis diligere debet vnū ꝓximū ꝙ alium: nō tm̄ ſcđm effectū ſed etiā ſm affectū: cuiꝰ ratio eſt: qꝛ cū deus ſit formale obiectū charitatiue dilectionis: ⁊ ipſe diligens ſicut efficiēs ꝑ ipm̄ charitatē ſicut ꝑncipiū charitatiue dilectionis: oportet ꝙ ſm maiorē approximationē rei dilecte ad alterꝫ iſtoꝝ: maior ſit dilectiōis affectus: vñ ꝙto diligibile melius eſt tanto deo ꝓpinquius eſt: ⁊ tāto magis diligendū eſt: ceteris paribꝰ tñ: ſimiliter qꝛ ꝙtū diligibile ꝓpinquius ē diligenti: tanto magis ceteris paribus diligendū eſt. Hinc duoꝝ diligibiliū vnū poſſet ita paruꝫ excedere aliud in ꝓpinquitate ad deū: ⁊ taꝫ exceſſiue ab alio excedi in ꝓpinq̄tate ad diligentē: ꝙ diligens magis deberet diligere minus bonū: ꝙuis minor exceſſus in bonitate plus reddat rē diligibilē ꝙ aliq̄ñ maior exceſſus in ꝓpinquitate ad diligentem. Ad obiectū ergo reſpōdit ꝙ homo rōne iuſticie iā habite: magis eſt diligibilis ꝙ rōne capacitatis iuſticie poſſibiliꝛ haberi: qꝛ plus mouet res dū eſt in actu ꝙ dū eſt in potentia.

¶ Quinto queri pōt vtrū ergo ꝗs plus diligere debet extraneū meliorē ꝙ ſibi magꝭ cōiunctū minus bonū: ꝑſertim cū ꝗs magis illū diligere debeat q̄ ſm ꝑfectā iuſticiā magis eſt diligendus: ſꝫ ſm ꝑfectā iuſticiā melior eſt ſemꝑ magis diligendus. Dicit enim Augꝰ. de vera religione ꝙ hec eſt ꝑfecta iuſticia qua potius potiora ⁊ minꝰ minora diligimus: ⁊ ꝯgrue ſatis: qm̄ in diligendo debet homo ſe diuine volūtati ꝯformare: ſꝫ deꝰ meliorē ſemꝑ magis diligit: qꝛ maioris dilectiōis effectū in eodē oñdit. Ad ħ reſpondꝫ Richar. vbi. ſ. ꝙ nos aliquē magis diligere ꝙ aliū dupliciter intelligi pōt aut ſibi maius bonū optādo: vel ex affectu maiori diligendo. Primo mō debet extraneuꝫ meliorē magis diligere ꝙ ſibi ꝯiunctū minus bonū ꝓ illo ſtatu quo ſunt in tali gradu bonitatꝭ: ⁊ ħ eñ req̄rit dei iuſticia vt maiori bono ꝑmium maius r̄ndeat: ꝙdiu tñ ſumꝰ in ſtatu vie in q̄ pōt eē ꝑfectꝰ in merito debet hō velle ꝙ ſibi magis ꝯiūctus ꝓueniat ad maiꝰ meritū ꝙ extraneꝰ: ⁊ ex ꝯñti ad maius ꝑmiū. Secūdo vo mō loquēdo de dilectiōe. q. ſ. ex affectu maiori diligit: tūc qm̄ in ordīe diligēdi ex charitate debeat haberi aſpectꝰ ad ꝓpinq̄tatē diligibiliū ad deū ⁊ ēt ad diligētē: ita tñ ꝙ multomagꝭ pōderet exceſſū in vno gradu ꝓpinq̄tatis ad deū: ꝙ exceſſū in vno gradu ꝓpinq̄tatis ad diligentē: vñ tāta pōt eſſe bonitas extranei ⁊ tā ꝑua bonitas ⁊ ꝓpinq̄tas mihi magis ꝯiuncti: vtpote qꝛ non attinet niſi in tertio gradu: ꝙ ex maiori affectu diligere debeā extraneū magis bonū ꝙ mihi magis ꝯiunctū minꝰ bonū: pōt etiā econuerſo ꝯtingere ꝙ ille q̄ mihi ꝯiunctꝰ ē: ita de ꝓpinq̄ mihi ꝯiūctus eſt: ⁊ exceſſus bonitatꝭ extranei vltra bonitatē iſtiꝰ ita ꝑuus ꝙ plꝰ diligere debeo iſtū minus bonū magis mihi ꝯiunctū ꝙ illū extraneū magis bonū: qꝛ eū eſſe meū a parētibꝰ meis habeo: credo ꝙ ſicut nō debeo aliquē ꝓximū ex maiori affectu diligere ꝙ meipm̄: ꝙtūcūqꝫ excedat me in bonitate: ſic nō debeo aliquē ꝓximū ex affectu maiori diligere ꝙ patrē meū: ꝙtūcūqꝫ illū excedat in bōitate nō ꝑuilegiata: qđ dico ꝓpter bonitateꝫ humane nature chriſti ⁊ beate virginis q̄s ex maiori affectu diligere debeo ꝙ patrē vł matrē: qꝛ ꝑ eoꝝ bonitateꝫ nobis ꝓuēit maius bonū ꝙ ꝑ ꝑentes. Ad ħ ergo qđ obijciꝛ ꝙ in diligēdo debet hō ſe cōformare volūtati diuine: dicēdū ꝙ eſt verū nō tñ ſemper volēdo qđ ipe vult ſed qđ ipe vult hominē velle: ⁊ ideo ꝙuis deus ſimpliciter vult magis bonū: qꝛ nulla ē ꝓpinq̄tas ad deū niſi ꝑ bonitatē: nō tñ vult me ex affectu maiori diligere extraneū meliorez ꝙ patrē meū minus bonū: qꝛ vult ꝙ in diligēdo ego ſeruē rectā īclinationē nature: ꝙuis nō velit ꝙ ſeruē īclinationē corruptā. Sexto

queri pōt vtrū ordo charitatꝭ remanebit in
patria. Rñdet ad hoc breuiꝰ Bonauen. ſup
iij. di. xxxj. declinās ad hāc ptē ꝙ duplex ē
ordo charitatis. Unus ꝗ reſpicit charitatez
ꝭm ſe: que ꝗdē attēdiꝭ ꝭm gradū ⁊ differen
tias boni: magis boni ⁊ maximi boni: ⁊ ille
manet in patria: qꝛ eſſentialis eſt charitati:
vnde magis hō diligit in patria deū ꝙ̄ ſpiri
tū creatū: ⁊ ſpiritū magis ꝙ̄ corpus. Alius
eſt ordo ꝗ attendiꝭ ratiōe nature ſubtracte:
vtpote ille ꝗ eſt ꝭm differētias ꝓprij boni et
alieni: ꝓpinqui ⁊ remoti: ⁊ hic ordo non re/
manebit in patria ꝓ eo ꝙ nō cōpetit illi ſta/
tui: nā in ſtatu beatitudinis erit pfecta obe
dientia nature reſpectu glorie: ita ꝙ tūc om
nino natura glorie cōformabiꝭ: vt ſicut cor/
pus efficieꝭ ſpirituale ⁊ per omnia ſpiritui
obtēperabit: ꝙ̄uis nūc oporteat ſpiritū cor/
pori condeſcendere: ſic per omnia natura cō
formabitur ordine gratie ⁊ glorie: qui attē/
ditur ſcđm differentias boni: erit etiam ibi
perfecta conformitas voluntatis noſtre re/
ſpectu diuine: ⁊ ideo non magis diligemus
illud quod magis erit nobis ꝓpinquū: ſed
illō quod erit dño magis beneplacitū. Erit
etiā ibi perfecta affluentia ⁊ redundātia cō/
munis leticie: quia multiplicabitur gaudiū
hominis multiplicatione perfecta: vt tantū
gaudeat de bono vniuſcuiuſqꝫ ꝓximi ꝙ̄tuz
de ſuo: quod non poſſet eſſe niſi diligeret ꝓ/
ximū ꝙ̄tū ſemetipſum ⁊ hoc eſt quod dicit
Anſhel. in proſoloñ. c. vltimo. In illa perfe/
cta charitate innumerabilium angelorū ⁊ ho
minū beatoꝝ: vbi nullꝰ minus aliū ꝙ̄ ſeipm
diligit: nō aliter gaudebit ꝗſqꝫ pro ſingulis
alijs ꝙ̄ pro ſeipſo: ⁊ hoc etiā ſentit Auguſ.
de vera religione: ⁊ Berñ. li. de diligēdo de
um. De laudē dei.

## De ordine charitatis inter patrē matrē: vxorē: filios: benefactores: beneficiatos: amicos ⁊ inimicos: Sermo XX

Honora patrez tuuz.

b Ad exequēduz vlterius de ordine
diligendi bonū cōmutabile vt lu/
cidius ad pticularia diſcutiēda veniamus.
Primo queri pōt vtrū ꝗs magis diligere
debeat patrē vꝉ matrē: pſertim cū dicit phs
in pmo de generatiōe animaliū: ꝙ femia in
generatiōe dat corpus: ſed homo nō habet
animā a patre: qꝛ p creationē īfundiꝭ a deo
⁊ ſic habꝫ filius plus a matre ꝙ̄ a patre: ſūt
etiā matres magis amatrices filiorū: vt di/
cit idē phus in. x. Ethic. Ad h̄ rñdet Tho.
ſcđa. 2e. q. xxvj. ꝙ p ſe loquēdo ceteris pari
bus paꝭ magis ē amādꝰ ꝙ̄ maꝭ: amant eñ
paꝭ ⁊ maꝭ vt ꝗdā pncipia naturaꝉ originis:
paꝭ aūt habet excellētiorē rōnē principij ꝙ̄
maꝭ: qꝛ paꝭ ē pncipiū p modū agentis ⁊ for
me: maꝭ aūt p modū patiētis ⁊ materie: qñ
in generatiōe homīs maꝭ miniſtrat materiā
corpis informē: formaꝭ aūt p virtutē forma/
tiuā ꝗ eſt in ſemie patris: ⁊ ꝙ̄uis ꝟtus ſemi
nis nō pōt creare rōnalē aīaz diſpōit tñ ma/
teriā corpalē ad hmōi forme ſuſceptionē: ve
rūtamē pōt inꝭ prēz ⁊ matrē tāta eē diſtātia
ꝟtutis ⁊ malitie ꝙ amicitia ſolueꝭ vꝉ minua
tur: vt dīc phs in. viij. Ethic. ⁊ ideo vt dicit
Amb. Boni domeſtici ſūt maꝭ filijs ꝑponē/
di: poſſet ēt filiꝰ diligi tā paꝝ a prē ⁊ tā mul/
tū a matre: ꝙ filius magis deberet diligere
matrē ꝙ̄ prem. Scđo ꝟo ꝗri pōt vtrū ꝗs
magis diligere debeat prem ſpūalem vꝉ car
nalē: pſertim cū ſup illud Luc. viij. Mater
mea ⁊ frēs mei hij ſunt. Dīc Beda in glo. ꝙ
religioſiores mōſtranꝭ copule mētiū ꝙ̄ cor
poꝝ: ⁊ corporali neceſſitudini pſcriptoꝝ ce/
leſtiū forma pfertur: ergo magis ſūt diligen
de copule mentiū: qđ includit magis eē dili
gendū prem ſpūalē ꝙ̄ carnalē. Nimiꝝ cum
maiora bñficia recipimꝰ a prē ſpūali: ſic ma
ius eſt nr̄m eē grē ꝙ̄ nr̄m eē nature: qꝛ meli/
or ē vnꝰ times deū ꝙ̄ mille filij īpij: vt dicit
Eccī. xvj. Ad h̄ rñdet Rich. ſup. iij. di. xxix.
ꝙ oībꝰ pēſatis magis debet ꝗs diligere pa/
trē carnalē ꝙ̄ ſpūalē: ſibi optādo magis bo/
nū ⁊ ex maiori affectu: ꝙ̄uis eñ maiꝰ bñfici
um recipit filius a prē ſpūali ꝙ̄ carnali: ta/
mē pater ſpūaliſ nō eſt ita vere cā bñficij qđ
īpendit filio ſicut paꝭ carnaꝉ bñficij qđ īpen
dit filio: qꝛ pater ſpūaꝉ nō dat niſi miniſtra/
liꝭ eē grē: paꝭ ꝟo carnaꝉ dat eē nature ſicut
efficiēs cā: ⁊ ſic plꝰ excedit rō cauſe ī prē car
nali ꝙ̄ bñficium ſpūale collatū a prē ſpūali
Uerūtñ taꝉ poſſet eē affectꝰ exhibitiōis pa/
tris carnaꝉ erga filiū ꝙ ꝑponēdus ē paꝭ ſpi
rituaꝉ: mlti nāqꝫ pentes īmiſericordes ſe fi/
lijs exhibēt: īmo plerūqꝫ pēptores ſe faciūt
aīaꝝ filioꝝ: iuꝗ illud pš. cv. Immolauerūt
filios ſuos ⁊ filias. ſ. demonijs. Preterea ī
actu exteriori debet filiꝰ aliquā reuerētiam
prī ſpūali quā nō debet prī carnali: qꝛ pater
ſpūalis pōiꝭ loco dei ꝗ ē paꝭ oīm: pcipue in
effectibꝰ grē ꝗbꝰ ꝯfert exiſtētiā ſpūalē. Ter c



tio ꝓinde ꝗri pōt vtrū ꝗs magꝭ diligere vxo
rē dꝫ vꝉ pentes: pſertim cū illō videꝭ magiſ
diligēdū cui ē magꝭ adherēdū: ſ3 Geñ. ij. dr:
relinꝗt hō prēz ⁊ mrēz ⁊ adherebit vxori ſue
⁊ erūt duo in carne vna. Nimiꝝ cū ꝗnto for/
tior ē inꝭ aliꝗs ꝯiūctio tāto maior ē dilectio
nis rō: ſ3 fortior ē ꝯiūctio inꝭ viꝝ ⁊ vxorē: qꝛ
fūdaꝭ ſup vīculū legꝭ diuie ꝙ̄ inꝭ viꝝ ⁊ pa/
rētes: qꝛ fūdaꝭ ſup vīculū actionis nature:
fortior ē aūt deꝰ ꝙ̄ natura. Ad h̄ rñdet Rich.
ſup. iiij. di. xxix. ꝙ oībꝰ pēſatꝭ ex maiori affe
ctu charitatꝭ dꝫ vir diligere pentes ꝙ̄ vxo/
rē: tñ rōne fortiorꝭ ꝯiūctiōis: qꝛ fortior ē ꝯiū
ctio ꝗ ē fūdata ſup ꝓpinꝗſſimū nature gradū
ꝗlis ē viri ad pentes: ꝙ̄ fūdata ſup mutuuz
ꝯſēſū p ꝟba vꝉ ſigna expſſa ꝗlis ē inꝭ viꝝ ⁊
vxorē: tū ēt rōne maiorꝭ boni a diligēti rece/
pti: qꝛ eē: nutriri ⁊ diſciplīari: ꝗ filiꝰ a penti
bus recepit: maiꝰ bonū ſūt ꝙ̄ carnale reme
diū ꝯtra eſtū ꝯcupiſcētie: ⁊ ſolatiū ſocietatꝭ:
⁊ adiutoriū ad ꝓcreatiōez ꝓlis ꝗ vir recipit
ab vxore: rō ꝓinde dictat ꝙ vir magꝭ eā dili
gere dꝫ: a ꝗ diligiꝭ ſtabiliꝰ ⁊ amore minꝰ re/
flexo: ac magꝭ ꝓpꝭ ſe: ſ3 iſte ꝯditiōes ſūt ma/
gis in dilectiōe mrīs ad filiū ꝙ̄ vxorꝭ ad vi/
rū: qꝛ faciliꝰ vt in plibꝰ ſoluiꝭ amicitia mu/
lierꝭ ad viꝝ ꝙ̄ mrīs ad filiū: vxores ēt raro
amāt niſi vt reamēꝭ: ſ3 ꝭm phm. viij. Ethico.
mrēs gaudēt ibi amare reamari nō ꝗrunt: ſi
vtraqꝫ nō ꝯtingāt. Uxores ēt vt in plibꝰ nō
forti amore diligūt maritos niſi ꝓpꝭ vtile vꝉ
delectabile: mrēs autē fortiꝭ diligūt: ⁊ ſi ni/
hil debeat eiſ ꝓdeſſe: verūtñ ꝙ mlti viri ma
gis amare videꝭ vxores ꝙ̄ pntes: h̄ vēit ex
eo ꝙ ī amādo ſequūꝭ īcliatonē ſēſualitatꝭ:
ꝗ ꝓpꝭ ſui corruptiōez magis incliat ad bonū
delectabile ſ3 carnē. Quarto itaqꝫ ꝗri po
teſt vtꝝ parētes ſint magꝭ diligēdi ꝙ̄ filij: p
ſertim cū ꝭm ordinē nature humor ꝓcedit a
radice ad ramos: ſ3 amoris ꝯuerſio in rōna/
libus ſimiꝉ ē dñatiōi humorꝭ ī vegetabilibꝰ:
paꝭ aūt cōparaꝭ ad filiū ſic radix ad ramos
hic ordie nature filij plꝰ diligūt ꝙ̄ pentes:
ſ3 grā ē pfectio natur: ⁊ idō ſimiꝉ ordo teneri
dꝫ ī gratuito Ad h̄ rñdꝫ Bonauē. ſup. iij. di.
xxix. ꝙ ſ3 ordiēz charitatꝭ pētes ceterꝭ pibꝰ
ꝑponēdi ſunt filijs: cuiꝰ rō ē qꝛ gratuitꝰ amor
facī memorē eē pceptoꝝ bñficioꝝ: ⁊ qꝛ plura
bñficia recepimꝰ a pentibus ꝙ̄ a filijs: ideo
ꝭm vie deſideriū plus eis tenemur ⁊ magis
eoꝝ ſalutē diligere ⁊ ꝓcurare debemꝰ: vnde
dicit glo. eo. ti. ĩ. c. virginibus: ꝙ accedẽs
ad monialẽ tria enormia peccata cõmittit.
Primo inceſtũ quia ſponſa dei eſt quam
violat qui eſt pater noſter: vt patet. xij. q.
ij. c. qui abſtulerit: ⁊ inceſtus cõmittitur cuz
affini ſicut cum ꝯſãguinea: vt. xxxv. q. iij.
c. de inceſtis. Secũdo cõmittit adulteriuz
quia ſpõſam alterius: ſcz ſũmi regis turpi
ter corrumpit. Tertio cõmittit ſacrilegiuz
quia res eſt deo cõſecrata. Sed queri ſo/
let an iſte accedens ad moniale cõmittat
tria peccata an vnũ. Nos dicimus nõ eſſe
dubium q̃n tria cõmittat quo ad accuſati/
onem: nõ autẽ in veritate: plura ergo ſunt
quo ad accuſationẽ: vt. xxiij. q. v. c. relegẽ/
tes: ſed quo ad penitentiã vnũ tñ: ſed ad/
ulterium huiuſmodi maiori pena purgan/
dum erit q̃ ſi nõ eſſet inceſtuoſũ: vt. xxxij.
q. ij. §. ſunt autẽ. Et ita dicit lex: ꝙ ſi q̃s pu
niri debet ꝓpter adulteriũ: plus debet pu
niri ſi illud inceſtuoſũ ſit: vt. ff. de queſtio/
nibus: ſi quis nõ dicam: hoc ergo ĩtellige
ſicut illud extra de teſtibꝰ. c. ſicut: quia pe
nitentia ibi ⁊ ꝓ adulterio ⁊ ꝓ ꝑiurio impo
nitur: ⁊ tamen vnũ ſolum crimen cõmitti/
tur: hec gloſa. Hinc ſm legem Iuſtiniani
imperatoris ex nouellis huiuſmodi puni/
tur ꝓut habetur. xxvij. q. j. c. Si quis rapue
rit vel ſollicitauerit vel corrupuerit aſſiſteri
am. id eſt recluſaz vel diaconiſſam: id ẽ ab
batiſſam vel monaſtriaz: id eſt in monaſte
rio viuentẽ vel aliam mulierem religioſã
vitam vel habitum habentez: bona ipſius
⁊ eorum qui huiuſmodi ſceleris cõmuniõe
cõtaminati ſunt: a religioſo loco vendicẽ/
tur in quo talis mulier habitabat ꝑ religi/
oſos epiſcopos ⁊ iconomos ⁊ p̃ſides pro/
uinciarum ⁊ officiales eorum: ipſi autem capi
tali periculo ſubijciantur: hoc ibi. Scđz ius
autem canonicũ vtriq; penitentia imponi
tur: eo. ti. ex cõcilio toletano. c. deuotã. id
eſt ſolenniter ꝓfeſſam peccantem non reci
piendam eſſe in eccleſiã cenſemus: niſi pec
care deſierit: ⁊ ſi deſinens penitentiã ege/
rit aptam. id eſt annos decem recipiat cõ/
munionẽ: prius aũt q̃ in eccleſia admitta/
tur ad orationẽ ad nullius cõuiuiũ chriſti/
ane mulieris accedat: ꝙ ſi admiſſa fuerit
etiam hec que eam acceperit habeatur in ab
ſentia: corruptorẽ etiam par pena cõſtrin/
gat: quam penam ſi forte declinare vellẽt:
a ſolo carnali concubitu cõtinẽtes: alia q;
cuncta laſciuie genera frequentantes. Au
di quid ſuꝑ hoc dicat Cyprianus ad Põ/
ponium ſcribens ð virginitate et ponitur
xxvij. q. j. c. nec aliq̃ putet ſe poſſe hac excu
ſatione defendi ꝙ inſpici ⁊ ꝓbari poſſit an
virgo ſit: cum etiam manus obſtetricũ et
oculus ſepe fallatur. Et ſi incorrupta ĩuẽ
ta fuerit virgo ea parte qua mulier eẽ põt:
poterit tamẽ ex alia parte corporis peccaſ
ſe qua corrumpi poteſt ⁊ tamen inſpici nõ
poteſt: ſcz quãdo ex cõſenſu voluntatis fit
reſolutio ſeminis: ſequitur. Certe ipſe con/
cubitus ipſe complexus ipſa cõfabulatio ⁊
oſculatio ⁊ cõiacẽtium duorum feda ⁊ tur
pis dormitio q̃tum dedecoris et criminis
confitentur. Si ſuꝑueniens maritus ſponſã
ſuam iacentem cum altero videat nõne in/
dignatur ⁊ fremit ⁊ ꝑ zeli dolorẽ portat gla
dium in manu ſua? Et quia chriſtus domi
nus ⁊ iudex noſter cum virginẽ ſuã ſibi di
catam ⁊ ſanctitati ſue deſtinatam cum al/
tero iacere cernit: quãti id eſt quãtũ indig
natur ⁊ iraſcitur et quas penas ĩ celeſtibꝰ
huiuſmodi ꝯiunctionibꝰ cõminatur. Cuius
vt gladiuz ſpirituale ⁊ venturũ iudicij diẽ
vnuſquiſq; fratrum poſſit euadere: omni
conſilio ꝓuidere ⁊ elaborare debemꝰ: hoc
ibi. Porro de eccleſiaſticis in ſacris ordi/
nibus cõſtitutis in fornicationẽ lapſis ha
betur. l. di. c. Si quis diaconus aut p̃ſby/
ter poſt acceptam benedictionẽ leuiticaz:
cum vxore ſua incõtinens inueniatur: ab of
ficio ſuo deijciatur. Ecce manifeſte cõſtat ꝙ
ſm titulos antiquorũ patrum ſancto ſpiri
tu ſuggerente cõſcriptos: et ſm ſentẽtias.
cccxviij. epiſcoporum: ſcz ĩ niceno ꝯcilio qui
tot interfuerunt: vt. xv. di. c. canones: q̃s
etiam gallicani canones cõtinere videntur:
clerici in adulterio dep̃henſi: ſcz euidentia
facti aut ipſi cõfeſſi aut ab alijs cõuicti ad
honorẽ redire nõ poſſunt: hoc ibi. Uñ for
nicatio in clerico tenẽte concubinaz: dum
non eſt adhuc notoriũ: inducit depoſitio/
nem ſi admonitus nolit ſe corrigere. Naz
primo monitus nec deſiſtens ſuſpenditur a
beneficijs: ⁊ ſi ſuſpẽſus ſe non correxerit:
debet ab eiſdez beneficijs ꝑpetuo remoue
ri: vt extra de coha. cle. ⁊ mu. c. ſicut: ſiue fue/
rit in ſacris: vt eo. c. ſiue nõ: vt eo. ti. c. ſi aũt
clerici. Qr ſi talis fornicatio ſit notoria: tũc

ſuſpcẽus eſt ipo iure: vt eo. ti. c. veſtra: ⁊ c.
q̄ſitum: vtpote q2 dānatus ē de illa: vl' ſpō
te ꝯfeſſus eſt in iure: vel ex euidentia facti
q̄ non pōt aliq̄ tergiuerſatione celari: vt q2
mulierē multū ſuſpectā3 tenet publice aut
apparēt inde argumenta gradiētia ſup ter
rā. Et ſi interim celebrat efficit̃ irregular̃
vt pt3 diffuſe ĩ. v. p̄cepto ſmone. xxvij. Ce
teꝝ ſi ſacerdos deo ꝯſecratā agnoſcit: pec
catum duplicat q2 cōmittit duplex adulte
rium: icēſtū ⁊ ſacrilegiū. Maxime tñ faci/
nus illud deteſtabile iudicat̃: cū religioſi
deo cōſecrati pariter cōmiſcēt̃: de quibus
xxvij. q. j. ex ꝯcilio triburienſi. c. impudi/
cas deteſtabileſq3 ꝑſonas monachoꝝ atq3
monachaꝝ: q̄ abiecto ꝓpoſito ſāctitat̃ il/
licita ac ſacrilega ꝯtagione ſe miſcuerūt: ⁊
in arbitriū ꝯſciētie ꝓpria deſperatiōe ꝑdu
cte: de illicitis cōplexib9 libere filios ꝓcre
auerint: a monaſterioꝝ cetu eccleſiaꝝq3 cō
uentib9 eliminādas eē mādam9 q̄tenus in
ſuis ergaſtul̃. i. carcerib9 retruſe tñ facin9
ꝯtinua lamētatiōe deflētes: purificatorio
poſſint penitudinis igne decoqui: vt eis
vl' ad mortē ſoli9 miſcōe intuitu ꝑ cōmuni
onis gratiā poſſit ſubueniri. Et h̃ de illici
to coitu q̄ꝫtum ad perſonas deo dicatas.

Nūc deniq3 de earūdē deteſtabili matri
monio vidēdū ē: de q̄ generaliter dr̃. xxvij
q. j. c. vt lex ꝯtinentie ⁊ deo placēs mundi
cia ĩ eccleſiaſticis ꝑſonis ⁊ ſacris ordinib9
dilatet̃: p̃cipimus q̄tenus epi pſbri diaco/
ni ſubdiaconi et regulares canonici atq3
cōuerſi: ꝓfeſſi: q̄ ſacrū trāſgrediētes ꝓpo/
ſitū vxores ſibi copulare pſūpſerint: ſepa/
rent̃. Hmōi nāq3 copulationē quā ꝯ eccle/
ſiaſticā regulā cōſtat eē ꝯtractā: matrimo
niū nō eſſe cēſemus. Qui etiā abinuicē ſe/
parati ꝓ tātis exceſſibus cōdignā pniam
agāt. Idipm q3 ꝺ ſāctimonialib9 feminis
ſi qō abſit nubere attēptauerint: obſerua/
re decreuim9. Ad cui9 euidentiā ſciendū
C ꝙ ꝑſone deo dicate ꝯhentes: ſiliter alij cu3
eiſdē matrimonij feda cōnubia ineuntes:
varijs penis mulctant̃. Nā ſi monachus
vxorem duxerit: accipit ſniā3 ex ꝯcilio au
relianeñ. ⁊ ponit̃. xxvij. q. j. c. mōacho ora
rium ĩ monaſterijs vel zonas habere nō li
cet: glo. orariū ꝓprie ē pepulū q̄ mulieres
caput velāt: et ponit̃ ꝓ q̄libet ornamento
mulieꝝ: ſequit̃. Et ſi poſtea vxori fuerit ſo
ciatus: tāte puaricatiōis reus: nūq̄ꝫ eccl'ia
ſtici gradus ſortiat̃ officiū. Si vero moni/
alis nupſerit: tūc ex cōcilio Martini pape

de ea determinatū eſt qō ponit̃. xxvij. q. j.
c. de filia epi vel pſbri vel diaconi: ſi deuo/
ta fuerit. id eſt deo ꝑ votū ſolēne dedicata
⁊ maritū duxerit: ſi ea3 pater vel mater in
affectū recepit: a cōmunione habeant̃ ali/
eni: tanq̄ꝫ cōmunicantes excōmunicato in
crimine: ſequit̃. Mulier vero nō admitta/
tur ad cōmunionē niſi marito defūcto ege
rit pniā3. Si aūt eo viuente receſſerit ⁊ pe/
nituerit vel petierit cōmunionē ĩ vltimo fi
ne vite ſue deficiens accipiat eā. Vñ dicit
Hug. xxvij. q. j. ſup. c. quo chriſto: ꝙ ſi mo
nialis publice nubit: nunq̄ꝫ pōt accipe cor
pus dñi niſi in fine vite ſue: vel niſi prius
defunct9 fuerit ille cui nupſit: ⁊ h̃ adinſtar
ſecularis adulterij vbi adultera nō habet
ampli9 acceſſū ad maritū: vñ ⁊ virū carna/
lem relinquens ⁊ alteꝝ ducens ſiliter arce
tur a cōmunione vſq3 ad finē vite vel quo/
uſq3 ſecūdo ductus migrauerit a ſeclo: vt
xxxij. q. vij. c. fidelis femīa. Et h̃ ē ſm glo/
ſam ſtatutū in deteſtatiōe3 crimīs: ꝙ etia3
poſt pniā3 non pōt cōmunicare niſi ĩ mor/
te vel viro ſcdo mortuo. Sz ſi fornicat̃ dū
taxat: tunc poſt pniā3 accipere pōt corpus
dñi: 3 h̃ ideo q2 magis peccat ſolēniter con
trahendo q̄ꝫ fornicādo. Porro q̄ꝫtū ad ſe/
culares cū deo dedicatis cōtrahentes vel
ꝯtrahere tēptantes: determīat penā Ioui
nian9 imperator: et ponitur. xxxvj. q. ij. c. ſi
quis: non dica3 rapere ſed attemptare tñ
matrimonij ꝯiungēdi cauſa ſacratiſſimas
ꝟgines auſus fuerit: capitali pena feriat̃:
vbi dicit glo. ꝙ in maximis criminib9 pu/
nitur ſolus conat9: vt pat3. vj. q. ij. §. verū.
In minorib9 nō: q2 non ſum fur etia3 ſi ad
aliquē actū ꝓceſſi. ff. de fur. vulgaris. §. q̄
furti: ⁊ l. certe. Ius aūt canonicum qō ho
minē vita nō priuat aliā apponit penā: vñ
dicit̃. xxvij. q. j. ex concilio tributeñ. c. hi
igit̃ q̄ ſanctimonialib9 ſciētes ĩ matrimo/
nio ſūt ad iniuriā chriſti copulati: iux̃ cen
ſurā zeli chriſtiani ſepent̃: ⁊ nūq̄ꝫ eis cōce/
dat̃ cōiugali vinculo religari: ſed in pniē
ſe lamentis dū viuūt vehementer afficiāt:
h̃ ibi. Et enumerat glo. ibidem adhuc alia
crimina ꝓpter q̄ iura ꝓhibent nubere: tñ
ſi ꝯtraherent: teneret matrimoniū lic3 gra
uiter peccarēt. Preterea cūcti eccleſiaſtici
in ſacris ordinib9 cōſtituti ſimilē habēt ꝓ
hibitionē de nō ducēdo vxorē: q̄ꝫtu3 ad ec
cleſiam occidentalē. id eſt romanā. Dicit̃
enī. xxxij. di. c. Aliter ſe habet orientaliu3
traditio eccleſiaꝝ aliter huius ſācte roma



ne eccleſie. Nam coꝛu3 ſacerdotes diaconi
atq3 ſubdiaconi matrimonio copulant̃. id
eſt matrimonio copulato vtunt̃. Iſti9 aūt
eccl'ie vel occidentaliū nullus ſacerdotu3
a ſubdiacono vſq3 ad epm licentia3 habet
ꝯiugium ſortiēdi. Nota tñ ꝙ greci non cō
trahūt in ſacris ordinib9 oſtendit̃. liij. di.
vbi dicit̃. c. Si q̄s coꝝ q̄ accedūt ad clerū
voluerit nuptiali iure mulieri copulari: h̃
ante ordinationē ſubdiaconat9 faciat: vbi
dicit glo. ꝙ hoc. c. ē ſexte ſynodi: que ſyno
dus pſixit eis regulā viuēdi: vt pt3. xxxj.
di. c. nicena. Sed q̄ꝫtum ad romanā eccle/
ſiam ponit̃ pena clericoꝝ nuptijs vtentiū.
xxxij. di. c. Eos q̄ poſt diaconatu3 vxorib9
vacare voluerint: ab omni ſacro ordine re
mouem9: officio atq3 bñficio carere decer/
nimus: qō ſi ab epo cōmoniti ſe non corre
xerint: principibus indulgem9 licentiā vt
eoꝝ femīas māciperent ſeruituti. Si ꝟo epi
ꝯſenſerint eoꝝ prauitatibus: ipius officij
interdictiōe mulctent̃: hoc ibi. Inſup oēs
ꝑſone deo ꝑ votū ſolenne dedicate mr̃imo
nium ꝯtrahētes: ſimiliter ⁊ ſeculares ma
trimonij fedus cū eiſdē ſcienter ineuntes:
ſunt ipo facto excōmunicati: vt pt3 in cle.
eos: de ꝯſang. ⁊ affi. ⁊ de hoc latius vide ĩ
v. p̃cepto: ſermone. xij. in fine. Excipit̃ a p̃
dictis mulier ſecularis ꝯtrahens cum pſo
nis eccleſiaſticis vel religioſis: quia ſex9
fragilior excuſat̃ ab ignorātia iuris: ſi tñ
eſt libera ⁊ ꝯtrahit cū in ſacris ordinibus
exiſtente: redigi debet ĩ ſeruitutē eccl'ie: vt
pt3. xxxij. di. c. eos q̄ poſt. Sz ſi ancilla fu
erit vendi debet: vt. lxxxj. di. c. q̄dam cleri
ci ⁊ filij inde nati rediguñt in ſeruitutē ec
cleſie: vt. xij. q. vlt̃. c. cū multe. In q̄b9 oīb9
liquide patet q̄ꝫ execrabile ſit iſtud ſacrile/
gij vitium. Ad laudem dei.

## De inceſtu: ⁊ quō excuſant̃ patri arche ꝯtrahentes cum cognatis ⁊ ⁊ de ſeptem ſpecieb9 cognatiōis ĩ q̄b9 cōmittit̃ inceſt9: Sermo VII

## On mechaberis.

A Exo. xx. Sexta ꝟo ſpecies hui9
mechie dr̃ inceſtus turpior ceter̃
de q̄ dr̃. xxxvj. q. j. §. cū ergo. Sz inceſt9 eſt
ꝯſanguineaꝝ vel affiniū abuſus. Vñ ince/
ſtuoſi dicunt̃ q̄ ꝯſanguineis vel affinibus
ſuis abutūt̃: de q̄b9 dr̃. xxxv. q. viij. ex cō/
cilio aurelianeñ. c. inceſtuoſi dū in ipo de/

teſtādo atq3 nephādo ſcelere manent: non
int̃ fideles chriſtianos h̃ int̃ gētiles vel ca
thecuminos habeant̃. i. cū chriſtianis nō
ſumant nec cibū neq3 potu3 ſed ſoli faciāt
h̃: non oſculent̃ neq3 ſalutent̃ ab eis ⁊c. h̃
ibi. Ad cuius euidentiā p̄mo queri pōt: B
vtꝝ liceat aliquē ex ꝓpria cognatiōe ĩ vxo
rē ducere: p̄ſertim cu3 vt dr̃. xxxv. q. j. §. ꝙ
cōſanguineas noſtras ſiue vxoris noſtre:
nobis ĩ ꝯiugiū ducere liceat: exēplis ꝓba
tur ⁊ auctoritatib9. Abraā nanq3 Sarai fi
liā fratris ſui: ſc3 ſororē Loth in vxorē du
xit. Iſaac Rebeccā ĩ ꝯiugē accepit: q̄ erat
filia ꝯſobrini matr̃ ſue. Iacob duas ſoro/
res: ſc3 Lyam ⁊ Rachel filias Labā auun
culi ſui ſibi mr̃imonio ſociauit. In lege q3
p̃cepit dñs: ꝙ tñ de tribu ⁊ familia ſua du
cerēt vxores: ⁊ ſi q̄s decederet ſine liber̃s
frat̃ ei9 ſuſcitaret ſemē defuncti. Sz ad q̄ſ/
cūq3 lex puenit ei9 p̃ceptis ꝓbāt̃ obnoxij:
niſi q̄ vel euangelicis mādatis vel apl'icis
inſtitutis euacuata monſtrāt̃: nullo autē
euangelij p̃cepto vel apl'ico inſtituto con/
ſanguineoꝝ ꝯiūctiōes ꝓhibite reperiūt̃.
Ad hoc rñdet ibidē Augu. longo ꝓceſſu
c. cū igit̃. Verūtñ nos breuitati ꝯſulentes
reſpōdemus ſm ꝙ dicit Richar. ſup quar/
tum. di. xl. Sz aliqua eſt cōſanguinitas q̄
matrimoniū impedit cōtrahēdū ⁊ dirimit
contractū ex dictamine iuris nature: nam
dictamen legis nature impedit matrimo/
niū filie cū patre ⁊ filij cū matre: vñ dictu3
eſt in lege nature Geñ. ij. Relinquet homo
patrē ⁊ matrē et adherebit vxori ſue. Ius
enī naturale dictat maiorē reuerētiā debe
ri parentib9 q̄ꝫ ꝯiugib9: ⁊ dictat non ſic de
bere tractari turpiter parentes ſicut ſein/
uicem contractant cōiuges. Magis tamē
eſt cōtra ius nature matrimoniū filij cum
matre q̄ꝫ filie cū patre: quia vxor debet eē
viro ſubiecta. Eſt aūt contra ius nature ꝙ
filius matrem teneat ſubiectā: vnde ⁊ que
dam aīalia bruta abhorrēt coire cū matre
ſua q̄ꝫdiu dinoſcūt eā eſſe matrē ſuā. Nar/
rat enī phus. xj. de animalib9: de quodam
camelo q̄ cū ſaltaſſet ſup matrē ſuā cooper
tam: poſtq̄ꝫ recognouit ea3 eſſe matrē ſuā:
ſtatī deceptorē ſuū calcib9 pemit ⁊ pedib9
cōculcauit. Siſr refert ibidē. viij. c. ꝙ q̄dā
equ9 cū ſaltaſſet ſup matrē ſuā: et poſt ipſa
diſcoopta recognouiſſet eam: ſtatim aufu/
git ⁊ ſe de alto ꝓijciens interemit: quaſi p̄
horrore ſeipm non ſuſtinēs: eo ꝙ etiā aīa/
libus aliquib9 ineſt ad ꝑentes reuerentia:

naturalis. Et vt dicit Augu. in dicto. c. cũ
igitꝰ ex hac cõſuetudiẽ que ab ipſo exordio
humane ꝓpagatiõis originẽ habuit: ſcꝫ in
ſtinctu legꝭ nature: q̃ ſolũ vetat ꝯtrahere
matrimoniũ iter ꝑles ⁊ ꝑentes: quam ſcꝫ
ꝯſuetudinẽ nulla lex ꝯ iubendo euacuaue
rat: excuſatꝰ tñ Abraã Iſaac ⁊ Iacob et ce/
teri q̃ d̾ ꝓpria cognatiõe ducebãt vxores:
q̃nis ⁊ alia cauſa certiſſime rõnis q̃ id fa/
ctũ ẽ poſſit itelligi. Ceterꝭ enĩ idolatria fe/
datꝭ ſola familia Heber ĩ cultu vniꝰ dei re/
mãſit: vñ Abrã a chaldeis cum fratre ſuo
Aram ĩ ignẽ quẽ adorare noluit ꝓiectꝰ ẽ:
vt numẽ deitatis ſue exurẽdo ſentiret quẽ
venerãdo colere ꝯtẽpſit: ne ḡ ex ꝯiũctiõe
infideliũ fideles ad idolatriã ꝓlaberentꝰ:
⁊ ita deũ offenderẽt ſicut ante diluuiũ filij
dei cõmixti filiabꝰ hoĩm ipm ad iracũdiã
ꝓuocauerũt: rectiſſime cautũ eſt: vt patri/
arche viri ſanctiſſimi nõ niſi de ꝓpria cog/
natiõe id eſt de familia fideliũ ſibi vxores
accipent: h̾ ibi. Scd̾o ꝟo repitꝰ aliq̃ con//
ſãguinitas q̃ mr̃imoniũ impedit ex dicta/
mine legꝭ diuine: ita ꝙ ꝑ legẽ diuinã ꝓhi
bentꝰ hmõi mr̃imonialitꝰ copulari: vtpote
ꝯſãguinei ĩ ꝑmo gradu ⁊ ĩ ſcd̾o ex vna ꝑte
tm̃: vt patꝫ Leuit. xviij. vbi ꝓhibetꝰ acceſ/
ſus ꝑ cõcubitũ ad patrẽ matrem nouercã
ſorore ex patre vel matre tm̃ ſeu ex vtroq̃
eꝰ etiã mr̃imoniũ genitã. Itẽ ad filiũ vꝉ fi
liã filie vel filij ſiliter ad ſororẽ patris vel
mr̃is. Itẽ ad vxorẽ patrui ⁊ filij ac etiã fra
tris vel etiã filiã vxoris ꝑuignã: aut filiuꝫ
filiãq̃ ꝑuigni vel ꝑuigne: nec ad ſororem
vxoris ĩpellicatũ. i. ad cõcubitũ: ſi tñ ꝑma
ſoror fuerit mortua tunc alia duci potuit.
Has enĩ paucas ꝑſonas lex tm̃ excludit:
vt multiplicarẽtꝰ hoĩes ⁊ replerẽt terram.
Excipitꝰ tñ vnꝰ caſus: ſcꝫ qñ frater moritꝰ ſi
ne liberis tũc frater ſupſtes tenetꝰ eã acci/
pere ad ſuſcitãdũ ſemẽ fratris ſui defũcti:
vt ptꝫ Deut. xxv. Cuiꝰ ſtatuti rõ ẽ: qꝛ filiꝰ
ſic ꝓcreatꝰ ꝑ fratrẽ ſupſtitẽ magis ꝑtinere
videbatꝰ ad defunctũ q̃ ſi h̾ fieret ꝑ extra/
neũ: frater etiã defuncti magꝭ tenebatꝰ eẽ
ſollicitꝰ de ꝯſuatiõe noĩs fratris ſui defun
cti q̃ extraneꝰ. Vñ ſi nolebat h̾ facere pe/
na ꝯfuſibili puniebatꝰ tãq̃ a fraterna cha/
ritate deuians: q̃ pena ponitꝰ ibidẽ: ꝑdicti
aũt excludebãtꝰ a mr̃imonio ne daretꝰ car/
nalibꝰ incẽtiuũ luxurie ſi poſſent hmõi ma
trimonialiter copulari eo ꝙ tales ꝑſone ſo
lẽt frequẽter ĩ vna domo cõmorari. Ter/
tio deniq̃ ꝑ ſtatutũ eccleſiaſticũ matrimo/
nialiter copulari ꝓhibẽtꝰ ꝯſanguinei vſq̃
vſq̃ ad q̃rtũ gradũ incluſiue: vt ſic daretꝰ
caſtitati maior oportunitas: et qꝛ vſq̃ ad
hũc gradũ iter hoĩes amicicia ſatis dura/
rare ſolet ꝓpter vinculũ naturale ꝯſãguini
tatis. Sed poſt illũ gradũ eos eccl'ia cõce/
dit poſſe copulari ad amicicias quodãmo/
do fugientẽ reuocãdã: vt ſic charitas iter
hoĩes dilataretꝰ: eo ꝙ ꝯiunx ad ꝯſãguine/
os ſui ꝯiugis multũ afficitꝰ et lꝫ ſm̃ antiq̃
iura nõ ꝑfit hoĩes copulari vſq̃ ad ſepti
mũ gradũ ꝯſanguinitatis ⁊ affinitatis: vt
ptꝫ. xxxv. q. iij. fere ꝑ totum: tñ hec iura re
uocata ſũt ꝑ ꝯſtitutionẽ nouã q̃ ponitꝰ eꝰ d̾
ꝯſang. ⁊ affi. c. non debet: vbi ſubditꝰ: ꝓhi
bitio q̃ꝫ copule ꝯiugalis q̃rtũ ꝯſanguini/
tatis ⁊ affinitatꝭ gradũ decetero non exce/
dat: qm̃ ĩ vlterioribꝰ gradibꝰ iã nõ põt abſ
q̃ graui diſpẽdio hmõi ꝓhibitio generali
ter obſeruari: ⁊ infra. Cũ ḡ iã vſq̃ ad q̃rtũ
gradũ ꝓhibitio ꝯiugalis copule ſit reſtri/
cta: eã ita volumꝰ eſſe ꝑpetuam: nõ obſtan
tibꝰ cõſtitutiõibꝰ ſuꝑ h̾ dudũ editis vel ab
alijs vel a nobis: vt ſi quis ꝯ ꝓhibitioneꝫ
hmõi ꝑſũpſerit copulari: nulla lõginq̃tate
defendatꝰ annorꝫ: cũ diuturnitas tꝑis non
minuit pctm̃ ſ; auget: tantoq̃ ſũt grauiora
crimina quãto diutiꝰ infelicẽ aĩaꝫ detinẽt
alligatã: glo. ⁊ ita nulla ꝑſcriptio currit ꝯ
matrimoniũ ſicut olim: ſic et ꝯ votũ nulla
currit ꝑſcriptio. xxxiij. q. v. c. qd̾ deo pari.
Rõ aũt cur talis ꝓhibitio ĩ quodã genera
li ꝯcilio reuocata eſt ad quartuꝫ gradũ: qꝛ
ꝯſtitutio antiq̃tꝰ ꝯſeruata de ſeptimo gra/
du ⁊ de alijs gradibꝰ: frequẽter difficulta/
tes inducebat ⁊ aĩarꝫ pericula: ⁊ qꝛ ꝑ refri/
gerationẽ charitatꝭ amicicie vinculũ iter
ꝯſanguineos vltra q̃rtuꝫ gradũ ſic euane
ſcit ⁊ q̃ſi totaliter fugit: ꝙ extũc licitũ eſſe
debuit ipſaꝫ ꝑ vinculũ matrimoniale reno
uari: nec etiã debuit citra q̃rtũ gradũ licẽ
tia ꝯhẽdi relaxari: qꝛ vt ſcribit Grego. ad
Augu. epm̃ anglorũ: et habetꝰ. xxxv. q. iij.
c. quedam lex romana permittit: ſcꝫ. C. de
nup. celebrãdis: vt ſiue fratrꝭ ſiue ſororis
ſeu duorũ fratrũ germanorꝫ ſiue duarũ ſo/
rorum filius et filia miſceantur: ſed expe/
rimento didicimus ex tali coniugio ſobo/
lem nõ poſſe ſuccreſcere: in quibꝰ verbis ꝓ
hibet Grego. generaliter ĩ tã ꝓpinq̃s gra/
dibꝰ matrimoniuꝫ celebrari: ſpecialiter tñ
cõcedit ad tẽpus genti anglorꝫ ꝙ tertia et
quarta generatio fidelium inter eos licen
ter ſibi iungantꝰ eo ꝙ nouiter adhuc erãt
cõuerſi ad fidẽ: vt ibidẽ ꝓſequitꝰ: et eo. ti.
q. v. diffuſe declarat: h̾ idẽ Alexã. ij. in. c.
B ad ſedẽ: vltra mediũ. Scd̾o q̃ri põt vtrũ
inceſtus ſit aliqua determinata ſpẽs luxu
rie ꝑſertim cũ id qd̾ de ſe non importat ali
quã deformitatẽ: nõ ꝯſtituit aliquã deter
minatã ſpeciẽ vitij: ſ; accedere ad ꝯſangui
neos vel affines nõ ẽ ſm̃ ſe deforme: alio/
quin nullo tꝑe licuiſſet. Ad hoc reſpõdet
Tho. ſcd̾a. 2e. q. cxliiij. ꝙ ibi neceſſe ẽ inue
nire determinatã ſpeciẽ luxurie: vbi inue/
nitꝰ aliqd̾ repugnans vſui debito venereo
rũ. In vſu ꝟo ꝯſanguinearꝫ vel affiniũ in
uenitꝰ aliq̃d incongruũ triplici rõne. Pri/
mo qꝛ naturaliter homo debet quãdã ho/
norificẽtiã parentibꝰ: ⁊ ꝑ ꝯſequẽs alijs cõ
ſanguineis q̃ ex eiſdẽ ꝑentibꝰ de ꝓpinquo
trahũt originẽ: intantũ ꝙ apud antiquos
(vt Valeriꝰ maximus refert) non erat fas
filium ſimul cuꝫ patre balneari ne ſeinui/
cem nudos ꝯſpicerẽt: ĩ actibꝰ ãt venereis
maxie ꝯſiſtit quedã turpitudo honorificẽ
tie cõtraria: vtpote de q̃ hoĩes verecũdãtꝰ
⁊ ideo incõgruũ ẽ vt taliũ ꝑſonarꝫ venerea
cõmixtio fiat adinuicẽ: ⁊ hoc exꝑmitꝰ Le/
uit. xviij. mater tua ẽ: nõ reuelabis turpi/
tudinẽ eius ⁊ ſic de alijs. Scd̾o qꝛ ꝑſonas
ſãguine ꝯiũctas neceſſe ẽ ſimul ꝯuerſari:
ſi ḡ tales a cõmixtiõe venerea nõ arcerẽtꝰ:
oportunitas nimia daretꝰ eiſdẽ veneree cõ
mixtionis: et ſic animi hoĩm ꝑ luxuriã ni/
mis emolleſcerẽt. Hinc ĩ lege veteri ſpecia
liter ille ꝑſone videntꝰ eſſe ꝓhibite q̃s ne/
ceſſe ẽ ſimul cõmorari. Tertio qꝛ ꝑ h̾ impe
diretꝰ amicorꝫ multiplicatio: duꝫ enĩ quis
vxorẽ extraneã accipit: iũgũtꝰ ei q̃dã ami/
cicia ſpeciali oẽs cõſanguinei vxoris ac ſi
eẽnt cõſanguinei ſui: vñ Augu. xv. d̾ ciui.
dei: dicẽ ꝙ habita ẽ rõ rectiſſime charitatꝭ:
vt hoĩes q̃bꝰ eẽt vtilis atq̃ honeſta ꝯcor/
dia: diuerſarꝫ viciſſitudinũ vinculis necte
rentꝰ nec vnꝰ in vno multas haberet ſ; ſin/
gule ſpergerẽtꝰ ĩ ſingulis. Ariſto. autẽ ad
dit ⁊ q̃rtã rõneꝫ ĩ. ij. poli. dicẽs: ꝙ cum hõ
naturalitꝰ ꝯſãguineam diligat: ſi adderetꝰ
amor q̃ ẽ ex cõmixtiõe venerea: fieret nimi
us ardor amoris ⁊ maximũ libidĩs incen
tiuũ qd̾ caſtitati repugnat. Ceterꝫ ad q̃ſti/
onẽ dicẽdũ: ꝙ ĩ ꝯmixtiõe ꝑſonarꝫ ꝯiũctarꝫ
aliq̃d ẽ qd̾ ẽ ſm̃ ſe idecẽs ⁊ repugnãs natu
rali rõni: ſic ꝙ cõmixtio fiat iꝰ ꝑſonas ⁊ ꝓ
les q̃rꝫ ẽ ꝑ ſe imediate cognatio: vt ꝑdictũ
ẽ. Alie ꝟo ꝑſone q̃ ſi cõiũgũtꝰ ſm̃ ſeipſas: ſ;
ꝑ ordinẽ ad ꝑſonas: nõ hũt ita ex ſeipſis in
decentiã: ſ; variatꝰ circa h̾ decẽtia vel inde
cẽtia ſm̃ ꝯſuetudinẽ ⁊ legẽ diuinã vel hu/
manã. Naꝫ qꝛ venereorꝫ vſus ordinatꝰ ad
cõmune bonũ: idõ legi ſubiacet ⁊ ſm̃ legꝭ
determinationẽ fit licita vel illicita decẽs
vel indecẽs: dicit enĩ Augu. d̾ ciui: dei: et
ponitꝰ. xxxv. q. j. in. c. cũ igitꝰ: vbi ſubditꝰ:
ꝙ cũ nõ eẽnt aliq̃ hoĩes niſi q̃ ex illis duo/
bus: ſcꝫ Adã ⁊ eua nati fuiſſent: viri ꝯiu/
ges ſuas ſorores acceperunt: quod ꝑfecto
quãto ẽ antiquiꝰ cõpellẽte neceſſitate: tan
to poſtea factũ ẽ dãnabiliꝰ religiõe ꝓhibẽ
te: hoc ibi. Quibꝰ ꝑmiſſis ꝑterea ſciendũ
eſt: ꝙ multis modis cõmittitꝰ inceſtꝰ ſicut
multiplex repitꝰ cognatio mr̃imoniũ impe
diens ꝯtrahẽdũ ⁊ dirimẽs ꝯtractũ: primo
nãq̃ carnalis ꝯſanguinitas ſicut mr̃imo/
niũ dirimit: ſic etiã eiꝰ cõmixtio deteſtabi/
le vitiũ ĩceſtꝰ inducit: vñ inceſtꝰ poſt vitiũ
ꝯ naturã ẽ grauiſſimũ pctm̃ iꝰ pctã luxu
rie ſm̃ Tho. vbi ſupra: qꝛ eſt ꝯ naturalẽ re
uerẽtiã: quã ꝯiũctis ꝑſonis debemꝰ: vñ ⁊
vtraq̃ lege dãnatꝰ vt ptꝫ. xxxv. q. iij. c. ꝯiũ
ctiones ꝯſãguineorꝫ fieri ꝓhibẽtꝰ. Quare
igitur: qꝛ ⁊ has diuine ſeculiq̃ ꝓhibẽt le/
ges ſcꝫ. iij. q. iiij. c. conſanguineorꝫ: ⁊. C. de
nup. Sequitꝰ: leges ḡ diuine h̾ agentes: ⁊
eos q̃ ex eis ꝓdeũt nõ ſolũ eijciunt: ſ; ⁊ ma
ledictos appellãt: leges ḡ ſeculi infames
vocãt ⁊ ab hereditate repellũt. Nos vero
ſequẽtes pr̃es nr̃os infamia eos notamꝰ:
⁊ infames eſſe cẽſemꝰ: h̾ ibi. Inſuꝑ oẽs ꝓ/
hibentꝰ nubere q̃ ſciẽter ſuã ꝯſanguineam
vꝉ affinẽ cognoſcũt ĩ gradibꝰ notatꝭ. xxxij
q. vij. c. viduã. c. qui dormierit. xxxv. q. ij.
c. ſi q̃s cuꝫ mr̃e. c. ſi homo. Deniq̃ oẽs qui
ſciẽter ꝯtrahũt in gradibꝰ ꝯſanguinitatis
vel affinitatis ꝯſtitutiõe canonica interdi
ctis: ipſo facto ſũt excõicati: vt patꝫ in cle.
eos: d̾ ꝯſãg. ⁊ affi. ⁊ ſi altꝰ ſolꝰ ſciuit illũ de
fectũ: tunc ſm̃ glo. ſolꝰ ligatꝰ. Inſuꝑ putat
Pau. ꝙ ſi neſciẽter q̃dẽ cõtraxit: ſ; poſtea
ſciẽs affectu ꝯiugali cohabitauit: tũc ĩcur
rit hãc penã: qꝛ videtꝰ de nouo ꝯhere: ſ; h̾
videtꝰ rigoroſũ: ideo Fran. ꝯriũ eiꝰ putat
eſſe veriꝰ: ⁊ d̾ h̾ ĩ q̃nto ꝑcepto ſmone. xxj.
circa finẽ. Scd̾o cõmittitꝰ inceſtꝰ ĩ affini/
tate. Eſt aũt affinitas quedã ꝓpinq̃tas ex
carnali cõmixtiõe mediãte ꝯſãguinitate ꝓ
ueniẽs: oĩ carẽs parẽtela: ⁊ qꝛ ꝑ oẽꝫ carna
lẽ cõmixtionẽ vir et mulier efficiuntꝰ vna
caro: ideo etiã in coitu fornicario ꝯtrahitꝰ
affinitas. Et lꝫ antiquitꝰ erãt tria genera
affinitatꝭ q̃ declarantꝰ eꝰ de ꝯſãg. ⁊ affi. c.

nõ debet.in glo.tñ nūc ſolū ꝑmanet ꝑmuz
gen⁹ affinitatꝭ qȯ cauſaṫ ex carnali cõmi/
xtione mediāte cõſāguinitate: ꝛ h̄ ideo qꝛ
alia duo genera frequēter inducebāt diffi
cultatē ꝛ ꝑiculū aīaꝝ: vt dicit ibidē text⁹.
Preterea: eiſdē gradib⁹ ꝓhibeṫ mr̄imo
niȷ̄ ꝯtract⁹ ꝛ cõmittiṫ inceſt⁹ in ꝯſāguinita
te ꝛ affinitate vt ptz.xxxv.q.iiȷ.c.eq̄liter:
cum duob⁹ ſequētib⁹: ꝛ dicto.c.nõ debet:
nec põt hec ꝓhibitio preſcribi: vt dicto.c.
nõ debet.i fi. Qꝛ ſi q̄riṫ vtꝝ ſit mai⁹ pec/
catū cognoſcere ꝯſāguineā ꝓpriā vel ꝯſāg
uineā vxoris. Ad h̄ r̄ndet Rich. ſup.iiiȷ.
di.xxxiiiȷ.ꝙ cognoſcere ꝯſāguineā ꝓpriā
maius pctm̄ eſt: nõ tñ tātū iniuriaṫ vxori
quātū ſi cognoſceret ꝯſanguineā vxoris:
nec ē tātū ꝑiculū mr̄imoniȷ̄: qꝛ nõ ꝯ̄hit ꝑ h̄
affinitatē cū vxore: ꝛ ideo nõ ſic ꝑuaṫ iure
petendi debitū ab vxore. Deniq̄ ſicͤ dictū
eſt de ꝯſāguinitate ſic etiā dicēdū ē de affi
nitate: ꝙ oēs ſciēter ꝯtrahētes cū affini in
gradu ꝓhibito ſūt ipo facto excõicati: vt
ptz in dicta cle.eos. Nimirū cū ꝛ apl's gra
uitatē hui⁹ crimis oſtēdere volēs: dicit.j.
Corꝭ.v. Ego q̄dē abſens corpe ꝑſens aūt
ſpū: iā iudicaui eū q̄ ſic opat⁹ ē ſcȝ accipiē
do vxorē pr̄is: in noīe dn̄i tradere hmõi ſa
thane i interitū carnis: glo. vt ſathanas eū
corporaliter vexet ꝛ ſic a malo reſipiſcat.
Tertio mõ cõmittiṫ inceſt⁹ i publice ho
neſtatis iuſticia. Eſt aūt publice honeſta/
tis iuſticia ꝓpinq̄tas ex ſpõſalib⁹ ꝓueniēs
robur trahens ab eccl'ie inſtitutiõe ꝓpter
ei⁹ honeſtatē. Pro q̄ nota: ꝙ affinitas nõ
ſolū ꝯtrahiṫ ꝑ mr̄imoniū ꝯſumatū: ſ etiā
ꝑ mr̄imoniū nõ ꝯſūmatū ꝑ copulā carna/
lē: imo etiā ꝑ q̄dā ſponſalia ſcȝ illa non ſo
lū q̄ de iure tenēt: ſ etiā q̄ ꝺ iure nõ tenēt:
ſaltē ꝓpter impedimētū ꝯſāguinitatꝭ affi
nitatis cõpaternitatꝭ: qꝛ publice honeſta/
tis iuſticia req̄rit ꝙ talia ſpõſalia mr̄imo/
niū impediāt: vt patȝ ex̄ de ſpon. impu.c.
ꝯtinebaṫ.§.vl.de ſpon.ꝛ ma.c.iuuenis.c.
ad audiētiā. Et durat h̄ impedimētū vſq̄
ad q̄rtū gradū ꝯſanguineoꝝ incluſiue: vt
vt de ſpõ.c.ſponſā: ꝛ dicto.c.cõtinebaṫ: in
fi. Si tñ ſponſalia fuerūt nulla ꝓpꝭ defectū
vſus rõnis: tūc nullā inducūt affinitatē:
puta qꝛ ambo vel vn⁹ erat infans: vel ꝓpꝭ
defectū ꝯſenſus: vel qꝛ ſpõſalia facta erāt
ſub ꝯditiõe nõ extāte: vel añq̄ extaret cõ/
ditio ꝯtraxit cū alia: tunc nõ oriṫ publice
honeſtatꝭ iuſticia mr̄imoniū impediēs: vt
ptȝ li.vȷ.de ſpon.c.vnico: ꝛ de deſpon.im
pub.li.vȷ.c.vno: vbi plura de h̄. Quar/
tō cõmittiṫ inceſtus in cognatione ſpūali.
Pro q̄ nota ꝙ ſꝫm Richar.ſup.iiiȷ.di.xliȷ.
ꝙ ſicut hõ ꝑ carnalē generatiõeȝ accipit eē
nature: ſic ꝑ generatiõeȝ ſpūalē accipit eē
gr̄e: ꝛ ideo ſicut ꝑ generatiõeȝ carnalē con
trahit generat⁹ cū ꝑentib⁹ quoddā vincu/
lū qȯ dꝛ cognatio carnalis: ſic ꝑ regenera
tionē ſpūalē ꝯ̄hit quoddā vinculū cū dā/
te ſacr̄m regeneratiõis q̄ ē ſpūalis pr̄ ꝑſo/
nā dei repſentās: ꝛ cū tenētib⁹ ipm̄ dū ſu/
ſcipit ſacr̄m q̄ repſentat mr̄eȝ ſpūalē ſcȝ ec
cleſiā: ꝛ illȯ vinculū dꝛ cognatio ſpūalis.
Et ē q̄dā ꝓximitas ꝑſonaꝝ ꝓueniēs ex
datione ſacri vel tētione ad illud: ꝛ h̄ ꝓxi
mitas ſi ꝑcedit ꝯtractū mr̄imoniȷ̄: tūc ipe/
dit ꝯ̄hēdū ꝛ dirimit ꝯctū: vt ptȝ i.c.veni/
ens.ex̄ de cognatiõe ſpūali: ꝙ ſi poſt ꝯctū
mr̄imoniū ex certa ſcia talē cognatiõeȝ cū
vxore ꝯ̄xerit: ſibiipi ꝑiudicat q̄ntum ad ex
actionē debiti: alioq̄n inceſtū cõmitteret:
vt eo.ti.c.ſi vir: i fi. ſ ignorātia ꝓbabilis
excuſat: vt ibi. Idē Tho. Hoſti.ꝛ Io. an.
Et hui⁹ q̄dē cognatiõis tres ſunt ſpēs: ſcȝ
pr̄nitas q̄ ꝯ̄hiṫ īter regenerantē ꝛ regene
ratū: regenerās aūt ē baptiſmū ꝯferens q̄
repſentat ꝑſonaȝ pr̄is: ſcȝ dei: ꝛ tenētes ꝑ/
ſonā mr̄is ſcȝ eccl'ie: ꝛ inṫ illos ꝛ regenera
tū ꝯ̄hiṫ pr̄nitas: ſi tñ ipi prius regenerati
fuerūt ꝑ baptiſmū: nā iude⁹ vel gētilis nõ
baptizat⁹ nõ ꝯ̄hit pr̄nitatē cū puero leua/
to. Scd'a ē cõpaternitas q̄ ꝯ̄hiṫ inṫ regene
rantē ꝛ generantē: qꝛ tā baptizās q̄ȝ etiam
leuātes efficiūṫ cõpatres vꝭ cõmatres pa
rētū carnaliū ipi⁹ regenerati. ꝛ q̄ñq̄ trāſit
hec cognatio ad vnū ꝯiugū alio mediāte:
q̄ñq̄ nõ: nā qꝛ ꝯiuges īter ſe cõicant actio
nes nõ paſſiões: ideo ſi vn⁹ leuat pueꝝ al/
ter ꝯiūx efficiṫ etiā de eadē cognatiõe ſpi/
rituali: eo ꝙ iā ꝯiuges effecti ſunt vna ca/
ro: ſecus tñ eēt ſi leuareṫ añ ꝯſūmatū ma/
trimoniū. Ecõtra ꝟo ſi vn⁹ ꝯiugū ꝓlē ac/
quireret i adulterio tunc illā leuantes tñ
ꝯ̄hūt cognatiõeȝ ſpūalē illi⁹ ꝯiugis cui⁹ ē
ꝓles: hec patent ex̄ ꝺ cogna.ſpiri.c.marti
nus.xxx.q.iiȷ.c.ſi q̄s vn⁹: ꝛ.c.q̄ ſpūaleȝ:
ꝛ ideo põt alterā ꝯiugū cui nõ ē cognatiõe
ſpūali ꝯiūct⁹ ducere i cõiugiū: vt diṫ text⁹
dicti.c.q̄ ſpūalem: qȯ declarat ibideȝ glo.
Et ſiīe ē ſi vn⁹ ꝯiugū añ ꝯſūmatum matri/
moniū leuat pueꝝ: tūc enī alter ꝯiugū nõ
ꝯtrahit cognationē ꝑ hoc ſpūalem: qꝛ nec
dū facti ſūt vna caro: vt ibidē.c.poſt vxo/
rū. Tertio ꝟo ē ꝯfraṫnitas q̄ ꝯtrahiṫ īter



regeneratū ꝛ carnales filios regenerātis
ꝛ leuātis: vt ptȝ.xxx.q.iiȷ.c.pitaciū.c.nõ
oportet: ex̄ de cogna.ſpiri.c.ex lr̄is: ꝛ h̄ ſi/
ue carnales filiȷ̄ nati ſint añ ꝯctā cõpater/
nitatē inṫ ſuos parentes carnales ꝛ pa
rentes regenerati ſiue poſt: vt eo.ti.c.tua
nos. Filiȷ̄ tñ ꝑ q̄ꝝ neutꝝ ꝑuentū ē ad cõpa/
ternitatē: libere mr̄imonialiter copulari
pn̄t: niſi ꝯſuetudo illi⁹ eccl'ie ꝯ̄diceret: ꝛ h̄
ſiue dicti filiȷ̄ nati fuerint añ cõpaternita/
tē ſiue poſt: vt eo.ti.c.j.ſup eo: ſic pr̄ ſpūa/
lis in vxorē licite ducere põt ſororē filiȷ̄ ſpi
ritualis: vt ptȝ.xxx.q.iiȷ.c.nõ oportet.§.fi
liȷ̄ ꝟo: ꝛ.§.ſi q̄s. Per fornicariā aūt copu/
lā ſꝫm quoſdā lȝ efficiāṫ vna caro non tñ
ꝓpter h̄ trāſit cõpaternitas: qꝛ ꝑ rem pure
carnalē nõ ꝯtrahitur ſpūalis cognatio: et
hmõi opinionis ē Richar. ꝛ h̄ põt itelligi
ꝙ nõ ꝯtrahiṫ cognatio dirimēs matrimo
niū ꝯtractū ſed impediēs ꝯtrahēdū: ꝛ eo
modo ſentiūt aliȷ̄ ꝙ ꝯtrahiṫ cognatio ſpi/
ritualis cui⁹ opinionis ē Tho. ꝑdictū aūt
impedimentū multū ē ꝑiculoſū ꝓ filiȷ̄s ſa/
cerdotū parrochialiū q̄ infinitos acq̄rūt
ꝯfratres ꝛ ꝯſorores ſpūales: imo fere oēs
iuniores illi⁹ parrochie. Quinto cõmit/
titur inceſtus i ſpūali cognatiõe q̄ ꝯtrahi/
tur in ꝯfirmatiõe: in q̄ ſiīter ꝯtrahiṫ tam
forte vinculū cognatiõis ſpūalis: ꝙ etiaȝ
dirimit matrimoniū ꝯtractū eiſdē modis
ꝛ gradib⁹ q̄b⁹ cognatio ſpūalis in baptiſ/
mo ꝯtracta: ꝛ ſicut ibidē leuātes tenent ꝛ
repſentāt matrē ſpūalē ſcȝ eccl'iam: ſic h̄ te
nētes ꝯfirmādū: verūtñ qꝛ in catheciſmo
nõ ē niſi q̄dā diſpoſitio ad regeneratiõeȝ:
ideo ꝯ̄hiṫ ibidē cognatio ſpūalis tā debi/
lis ꝙ vix impedit mr̄imoniū ꝯ̄hendū: nec
dirimit ꝯctū: vt ptȝ ex̄ ꝺ cog.ſpiri.c.ꝯcto.
Sexto cõmittiṫ inceſt⁹ cuȝ filia ſpūali ꝑ
pn̄iaȝ regenerata ꝛ ꝯfeſſionē: vt ptȝ.xxx.
q.j.c.oēs: cū duob⁹ ſe. vbi vtriq̄ grauiſſi/
ma imponiṫ pn̄ia: nā i.iȷ.c.imponiṫ hmõi
ſacerdoti ꝙ ab oī officio deponaṫ: ꝛ ꝑegri
nādo.xv.ānis peniteat: poſtea i monaſte/
rio vſq̄ in finē vite deo ſuiat: ꝛ filia quaȝ
corrūpit oīa relinquat ꝛ vſq̄ ad morteȝ
deo ſeruiat i monaſterio. Ex q̄ arguit glo.
ꝙ plus peccat ſacerdos cognoſcēdo filiaȝ
ſpūalē q̄ȝ alteri⁹ vxorē ſ illa cognatio non
ſe extēdit vlteri⁹ q̄ȝ inter patrē ſpūalē ꝛ ei⁹
filiā ſpūalē. Septimo cõmittiṫ inceſtus
in cognatiõe legali q̄ fit ꝑ adoptiõem. Eſt
aūt adoptio volūtarius motus quo de nõ
filio fit fili⁹ nõ naturalis. Et ē triplex ſpe/
cies legalis cognitiõis. Prima ē inter ad
optantē ꝛ adoptatuȝ: ꝛ illa ſemꝑ impedit
ꝛ dirimit matrimoniū. Secunda eſt inter
liberos naturales ꝛ adoptantis ꝛ adopti/
uos: ꝛ illa tādiu impedit ꝛ dirimit mr̄imo
nium: q̄ȝdiu durat adoptio. Tertia ē que/
dam legalis affinitas que ꝯſiſtit inter ad/
optatū ꝛ vxorem adoptātis: ꝛ illa ꝑpetuo
impedit ꝛ dirimit matrimoniū ſicut ꝑma:
ꝛ hoc ꝓpter reuerentiā quā adoptat⁹ ſem
per debet patri adoptāti ꝛ eius vxori: ſed
qꝛ caſus iſte rariſſime repiṫ: ꝺ ceteris gra
tia breuitatis ſupſedeo. Ad laudem dei.

## De pctõ ꝯ̄ naturā qȯ ꝓcuraṫ ſi/ne ꝯcubito diuerſimode ꝛ pollutione nocturna q̄ñ eſt pctm̄ ꝛ impedit ſacramentū: Sermo VIII

## Non mechaberis:

Exo.xx. Septima deniq̄ ſpeci/
es huius mechie eſt peccatū con
tra naturam: quod eſt peccatū grauiſſimū
inter omnes luxurie ſpecies ſua deteſtabi
litate ꝓprio carens nomie: vnde vocatur
peccatum mutum: eo ꝙ ipm̄ etiaȝ nomina
re turpiſſimuȝ eſſet: vnde.xxxiȷ.q.iiiȷ.c.in
eo ſubditur de his nephandis criminib⁹
que in occulto fiunt: que nominare etiam
turpiſſimū eſt: ne etiam dicentis os et au/
res audientium polluantur: vbi dicit glo.
nam dicit impator ꝙ ꝓpter iſta crimina i/
ducuntur fames ꝛ peſtilētie et terremot⁹.
In auṫ.vt non luxuriāṫ contra naturā.
.§.ſi enī: collaṫ.vȷ.vocatur etiā peccatum
clamās vindictaȝ ſcȝ ꝯ̄ opantem: qꝛ ibidē
natura vim patiṫ ꝛ interimiṫ cū nõ poteſt
inde ſeq̄ fruct⁹ nature: ꝛ de hoc poſtea: diṫ
enī Augu.xxxiȷ.q.viȷ.in.c.flagicia: ꝙ per
iſtud peccatum violaṫ ipa ſocietas: q̄ cuȝ
deo nobis eſſe debet: cū eadē natura cui⁹
ipe auctor ē libidinis ꝑuerſitate polluiṫ:
vñ ꝓpter reos hui⁹ vitiȷ̄ etiā vicini cohabi
tantes pleruq̄ puniūṫ: ſicut ex̄ de exceſ.
ꝑla.in.c.clerici.ſup verbo q̄nq̄ ciuitates:
dicit glo. ꝙ illaꝝ ciuitatum due perierunt
ex vicinitate ꝛ tres ex ꝓprio delicto. Pau
lus autem ad Roma.j. vocat peccatū illȯ
turpitudinē anthonomatice: qꝛ lȝ oē pec/
catū ſit aīe deturpatio: tñ iſtud anthono/
matice dꝛ turpitudo: eo ꝙ etiā ipi demões
hoc peccatū erubeſcūt: vt dicit ibideȝ glo.

Notandũ autẽ ꝙ peccatum cõtra naturaꝫ large loquendo eſt oĩe illud ex cuiꝰ actu nõ poteſt ſequi generatio licꝫ fiat emiſſio ſeminis: quod vtiqꝫ eſt ꝯtra naturam que maxime multiplicationẽ intendit ſue ſpeciei: ꝑpter quod peccatuꝫ iſtud vtpote ordini nature contrariũ grauiſſimũ iudicaꝛ ĩ genere ſuo: ⁊ habet multos gradus. Infimus autẽ gradus vocaꝛ mollicies vel immundicia ⁊ cõmittiꝛ cum abſqꝫ aliquo cõcubitu cauſa veneree delectatiõis ipa pollutio ꝓcuratur: vel ꝑ ſolam moroſam ⁊ libidinoſam delectationẽ: vel etiaꝫ ꝑ libidinoſam oblectationẽ viſus: amplexus per oſcula vel colluctationes cõdormitiões: impudicas palpationes manuales vel inſtrumentales pollutiones: ⁊ multis ſimilibus aliiſqꝫ modis diuerſis ⁊ geſtibꝰ hec ſcelerata facinora ꝑpetranꝛ: que cũcta ſpecificare verecundia vetat: cum execranda coram deo et hominibꝰ reputanꝛ. Et hoc peccatũ cur tam graue ponderaꝛ oſtendit Tho. ſcda. 2e. q. cliiij. dicens: ꝙ ſicut ĩ ſpeculatiuis error circa ea quoꝝ cognitio naturaliter eſt homini indita: eſt grauiſſimꝰ et turpiſſimus: ſic in agẽdis agere ꝯtra ea que ſunt ꝯtra naturã determinata: eſt grauiſſimũ ⁊ turpiſſimũ: quia ergo vitiis que ſunt ꝯtra naturã homo tranſgrediꝛ id qđ eſt ſꝫm naturã determinatũ circa vſum venereum inde eſt ꝙ in tali materia hoc peccatũ eſt grauiſſimũ et deteſtandiſſimũ: vñ et demones hoc vitiũ maxime deteſtãꝛ ex ingenuitate nature: ⁊ etiaꝫ maxime cooperanꝛ vt ſequaꝛ deteſtanda degeneratio et ꝑditio anime. Nam ꝗ̃tum ad primũ legiꝛ in lib. Apũ de quadã muliere ĩ dioceſi cameraceñ. aſſuefacta hoc ſcelere: que ſemel in lecto laſciuiens hoc ſcelus extraordinarie pollutionis ꝑpetrabat: ſtatimqꝫ demonẽ audiuit inter ſe et parietẽ cum cachino clamãtẽ pfuh. pfuh. pfuh: interiectionem ſignificãs indignantis ⁊ ꝯfundẽtis: quapropter mulier turpiſſime ꝯfuſa cuꝫ maximo merore ⁊ pudore ꝯfeſſa: grauiſſime penituit. Et alia quedã dũ ſe ſimiliter pollueret ⁊ audiuit vocẽ demonis dicẽtẽ: age miſera age: qđ agis bene ſolueꝛ tibi in ꝓximo qđ nunc facis: que poſt a peccato reſiliẽs ac pniaꝫ aſſumẽs: ex maximo timore mortẽ incurrit. Unde ⁊ vitiũ h̃ demonibꝰ eſt verecundũ: qđ gloſa velle videꝛ ſuꝑ illum locũ Ezech. xvj. vbi diciꝛ: Dabo te ĩ manibus odientiũ te filioꝝ paleſtinorũ. i. demonũ qui erubeſcunt de via tũa ſcelerata: vitium contra naturã intelligens. Nimirũ cũ dicit Ariſtateles in li. de animalibus ꝙ nullũ animal eiicit ſemẽ extra feminã ꝗ̃ homo. Et in hoc plus ẽ ꝯtrarius ordinationi nature ꝗ̃ pecus. Dicũt etiã quidam ꝙ tẽpus mortalis vite chriſti excedẽtes et in hoc ſcelere adhuc ꝑſeuerãtes: ab hoc vitio liberari non poterũt niſi ſpeciali miraculo redemptoris: hinc ſepius octogenarij ⁊ centenarij repiunꝛ adhuc hoc vitio maledicto irretiti. Nihilominꝰ ⁊ demones ad hoc vitiũ ꝑpetrandum induſtrioſe cooꝑantur. In cuius argumentũ antiquitus inducebant ꝑditos ad ĩmolandũ idolis ſemen illud deteſtandũ ⁊ fetidiſſimum qđ ſperma vocamꝰ. Nã ſicut aliqui ſacrificabant idolis de ſanguine ſuo incidentes ſe caltris ⁊ lãceolis donec ſanguine ꝑfunderẽꝛ: vt ꝑꝫ. iij. Reg. xviij. de ꝓphis Baal: ſic etiam aliqui idolatre de ſuo ſemine ſacrificiũ deteſtandum faciebant: quia eſt ſanguis magis digeſtus. Sed hoc ꝓhibet dñs ſuis ſeruitoribꝰ Leui. xviij. dicẽs: De ſemine tuo nõ dabis vt ꝯſecreꝛ idolo Moloch. Et penam apponit Leuiꝛ. xx. dicẽs: Si quis dederit de ſemine ſuo idolo Moloch: morte moriaꝛ: populꝰ ťre lapidabit eũ. Et infra ꝙ ſi negligens populꝰ terre ⁊ q̃ſi paruipendẽs imperiũ meuꝫ: dimiſerit hominẽ q̃ dederit de ſemine ſuo Moloch nec voluerit eum occidere: ſuccidã ipm et oẽs qui ꝯſenſerũt, et vt fornicareꝛ cũ Moloch de medio populi ſui: hec ibi. Hic ergo queri põt: vtrũ pollutio non volũtaria vtpote ex infirmitate nature cauſata vel ĩ ſomno ꝯtingens ſit peccatuꝫ criminale: ꝑſertim cum ipa repiatur punita ĩ lege veteri: diciꝛ enĩ Leui. xv. Uir q̃ patiꝛ fluxũ ſeminis immũdus erit: ⁊ tũc iudicabiꝛ huic vitio ſubiacere: cũ ꝑ momenta ſinglã. i. frequẽter adheſerit carni illius atqꝫ ꝯcreuerit fedus humor. Inſuꝑ ĩmũdũ reddebat lectũ ſuũ: veſtẽ: ſedẽ: ſagmã. i. ſellã vl' ſtraturã aſini: vas fictile qđ tangebat frangebaꝛ: ſed ligneũ lauabaꝛ: qui tangebat eiꝰ lectũ: veſtẽ: ſedẽ ĩmundus erat: ſiliter ſuꝑ quẽ ipe ſaliuã iaciebat: ⁊ talis lauabat veſtimẽta ſua ⁊ erat ĩmũdꝰ vſqꝫ ad veſperã. Porro fluxũ ſemĩs patiens poſtq̃ ſanatꝰ fuerat: numerabat ſeptẽ dies ⁊ lotꝭ veſtibꝰ ⁊ corpe mũdꝰ erat: ⁊ octauo die offerebat par turtuꝝ aut duos pullos colũbaꝝ ⁊ faciebat ſacerdos occidi alterũ ꝓ peccato et alterũ in holocauſtum. Similiter Deuter. xxiij. diciꝛ. Si fuerit inter vos homo qui nocturno pollutus ſit ſomno: egredieꝛ extra caſtra ſcꝫ deitatis ⁊ leuitarũ que caſtra erant in medio exercitus. Sequiꝛ. Et non reuerteꝛ priuſq̃ ad veſperũ laueꝛ aqua: ⁊ poſt ſolis occaſum regredieꝛ in caſtra. Ex quibꝰ punitionibus vel inſtitutionibꝰ videꝛ vtrũqꝫ reputari in peccatũ. Ad hoc dicendũ: ꝙ vt dicit Augꝰ. in li. de duobꝰ animalibꝰ: ⁊ poniꝛ. xxxij. q. v. §. Nõ niſi volũtate peccaꝛ. Et iteꝝ Iſidorꝰ in ſynonymis: ⁊ poniꝛ ibidẽ. c. nõ poteſt corpus corrũpi niſi prius corruptus animꝰ fuerit: munda nãqꝫ a cõtagione aĩa caro nõ peccat: ⁊ hoc eſt quod ait beata Lucia. Nõ inquit inq̃natur corpus niſi de ꝯſenſu mentis. Ex q̃bus liquido patet: ꝙ in dictis duobꝰ articulis ꝓprie loquẽdo nullũ emergit peccatum: cum ⁊ in ſomno nõ habeat vſuꝫ rationis ⁊ fluxum huiuſmodi quis patiaꝛ inuitus: ſed dicta inſtitutio corporalis purificationis a deo ordinata eſt ꝓpter corporalem ĩmundiciã ex dictis defectibus cauſatam. Uerũtamen ꝗ̃uis nocturna pollutio ꝗ̃tum in ſe eſt nullũ ſit peccatum: eo ꝙ ad peccatũ requiriꝛ liberũ arbitriũ. i. iudiciũ rationis cũ conſenſu voluntatis: qđ quidem iudiciũ non poteſt eſſe in dormiente: eo ꝙ tale iudiciũ dependet ab oꝑationibꝰ potentiarũ animaliũ que tunc liganꝛ ⁊ deſciunt: ſicut etiã in furioſis ⁊ amentibꝰ quibus nõ reputaꝛ ad culpã quod agũt. Poteſt tamẽ illa pollutio eſſe ſignũ vl' effectus
B peccati ꝑcedentis. Ad cuius euidẽtiam ſciendũ ꝙ vt Gregoriꝰ ſcribit Auguſtino angloꝝ epo: ⁊ habeꝛ di. vj. c. teſtamentuꝫ: vbi ſubdiꝛ. Sꝫ ẽ ĩ eadẽ illuſione nocturna neceſſaria valde diſcretio: que ſubtiliꝛ pẽſare debet ex qua re accidat menti dormiẽtis. Aliqñ eñ ex crapula: aliqñ ex nature ſuꝑfluitate vel infirmitate: aliqñ ex cogitatione ꝯtingit pollutio: hec ibi. In q̃bus verbis patẽt tres cãe ꝑncipales illuſionis nocturne. Pria cã eſt nature ſuꝑfluitas vl' debilitas: cũ ſcꝫ pollutio ꝯtingit vl' ex fortitudine virtutis expellẽtis ſuꝑfluũ: vl' ex debilitate ꝟtutis naturalis ſemẽ retinere nõ valẽtis: ⁊ ſic ꝯtingit ex ſola diſpoſitione nature ⁊ nõ ex ꝑcedenti cogitatiõe: vl' ſuꝑflua ingurgitatiõe: ⁊ tũc nõ eſt pctũ nec ẽ talis pollutio timẽda: vnde in dicto. c. teſtamẽtũ: ſubdiꝛ. Et quidẽ cũ ex nature ſuperfluitate vl' infirmitate euenerit oĩno h̃ illuſio nõ eſt timenda: quia hãc animꝰ neſciens ꝑtuliſſe magis dolẽdus ẽ q̃ feciſſe. et dicit Io. de la. ꝙ talis pollutio non prohibet ſacramẽtũ ꝑcipere vl' ꝯficere: q2 ſꝫm Tho. in. iiij. Nõ eſt ſignũ alicuius peccati põt tñ hebetudinẽ mẽtis inducere ſi ſimul cũ imaginatione ꝯtingat: ⁊ tũc ꝯſulenduꝫ ẽ ꝙ aliquis abſtineat tam a celebratiõe ꝗ̃ ſumptione ſacramẽti: cum ad hoc eleuatio mentis requiraꝛ. Qr ſi nõ cauſat depꝛſſionem mentis: tũc hꝫ tñ ĩmũdiciã corpalem ⁊ ideo ſi neceſſitas ĩmineat vel deuotio expoſcat: nõ impedit celebrationem vl' ſacramenti ſumptionẽ. Si tñ ꝓpter reuerẽtiã q̃s abſtinet laudãdus eſt: maxĩe qñ talis nature diſpoſitio nõ ẽ perpetua vl' nimis frequẽs. Et ſimile ẽ ſꝫm Tho. ſcda. 2e. q. cliiij. qñ reſolutio talis humoris fit ꝓpter nimiã corporis calefactionẽ vel aliã quãcũqꝫ commotionẽ ſeu cauſã nõ culpabilẽ. Secunda vero cauſa eſt ſuperfluitas crapule: ſcꝫ cibi vel potus: ⁊ tũc nocturna pollutio habet rõnẽ culpe: nõ ex ſe ſed ex ſua cauſa: et ẽ ſignũ peccati ꝑcedentis. Si tñ ꝑcedens crapula fuit tm̃ veniale peccatũ: tunc illa pollutio nõ prohibet ab euchariſtie perceptiõe: ſꝫ ꝓhibet ab eiuſdẽ ꝯfectiõe niſi neceſſitas ĩmineat: vñ in dicto. c. teſtamẽtum ſubdiꝛ. Cum vero vltra modũ appetitꝰ gule in ſumendis alimẽtis rapiꝛ: atqꝫ idcirco humorũ receptacula grauanꝛ: hꝫ exinde animꝰ aliquẽ reatũ: nõ tñ vſqꝫ ad prohibitionẽ myſterij ꝑcipiendi vel miſſaꝝ ſolẽnia celebrandi: cũ fortaſſe aut feſtus dies exigit aut exhibere miniſterium ꝓ eo ꝙ ſacerdos alius deeſt ipa neceſſitas cõpellit: nã ſi aſſunt alij qui ĩplere miniſteriũ valeant illuſio ꝑ crapulã a ꝑceptiõe ſacri myſterij ꝓhibere nõ dꝫ: ſꝫ ab ĩmolatiõe ſacri myſterij vt arbitror abſtinere dꝫ humiliꝛ. Si tñ dormientẽ turpi imaginatiõe nõ cõcuſſerit. ſ. illuſio ita ꝙ ſequaꝛ mentis depreſſio tũc eñ tã ꝑcipiẽs ꝗ̃ ꝯficiens abſtinere dꝫ. Qr ſi pollutio cauſata eſt ex nimia crapula vl' ebrietate q̃. ſ. induceret mortale pctm̃ tũc oĩno ceſſare dꝫ illo die. Tertia deniqꝫ cã ẽ illuſio ſomnioꝝ: q̃ qñqꝫ ꝓuenit ex ſola oꝑatione demonis ꝯmouẽtis fantaſmata dormientis in ordine ad talẽ effectũ. ſ. pollutiõis abſqꝫ oĩ culpa hoĩs: ⁊ tũc nullũ eſt pctm̃ nec ĩpedit euchariſtie confectionẽ. Qñqꝫ ꝟo ꝯtingit cũ aliq̃ pctõ veniali ꝑcedẽti. ſ. ex negligentia ſe ꝑparãdi ꝯ demonum illuſiones. Hinc in ꝯpletorio cantaꝛ.

Hoſtē𝑞 noſtrū ↄprime ne polluāt corpa. Nec tñ tūc impedit eucbariſtie ↄfectionē: niſi ſeq̄retur dep̄ſſio mentis. Aliq̄n ꝟo taꝫ ſomnioꝝ q̄ꝫ pollutionū illuſio cōtingit ex cogitationib⁹ preuijs q̄ p̄ceſſerunt in vigilijs ꝛ p̄ſertim ex cogitationib⁹ carnalib⁹ q̄ ſūt cū ↄcupiſcētia animaliū delectationū: qꝛ ex h̄ remanet quoddā veſtigiū ꝛ inclinatio in aīa: ſic ꝙ dormiēs facili⁹ inducit in ſua imaginatione ad aſſentiendū actibus ex quib⁹ ſequit pollutio: et ẜm h̄ dic̄ ph̄s j. ethi. ꝙ inq̄tū ptrāſeunt paulatim q̄dam motus a vigilantib⁹ ad dormiētes: meliora fiūt fantaſmata ſtudioſoꝝ q̄ꝫ q̄rūlibet. et Aug⁹. xij. ſup Gen. ad litterā dicit: ꝙ ꝓpter bonā aīe affectionē q̄dam ei⁹ merita ī ſomnijs clarent. Subdit ꝯ in dicto. c. teſtamētū ꝙ ſi ex turpi cogitatione vigilantis orit illuſio in mente dormiētis: pꝫ aīo reatus ſu⁹: videt eñ a qua radice inq̄natio illa p̄ceſſit: qꝛ qd̄ cogitauit ſciēs: hoc ptulit neſciēs ꝛ infra. Sꝫ pēſanda ē ip̄a cogitatō vtrū in ſuggeſtione an delectatiōe vel qd̄ maius ē in peccati ↄſenſu ceciderit. Trib⁹ eñ modis ipleꝛ oīe pctm̄: videlicet ſuggeſtiōe: delectatione ꝛ ↄſenſu. Suggeſtio q̄ppe fit p diabolū: delectatio p carnē: conſenſus p ſpm̄: qꝛ ꝛ primo culpā ſerpēs ſuggeſſit: Eua delectata ē velut caro: Adā vero velut ſpūs ↄſenſit: et neceſſaria eſt magna diſcretio inter ſuggeſtionē atq̄ꝫ delectationē: ꝛ inter delectationē atq̄ꝫ ↄſenſū. et infra. In ſuggeſtiōe pcti ſemē ē: in delectatione fit nutrimētū: in ↄſenſu ꝑfectio: hoc ibi.

C Ex quib⁹ colligit ꝙ tres ſūt gradus maloꝝ cogitationū in vigilante: que cauſant illuſionē hāc in dormiēte. Prim⁹ gradus ē qñ cogitatio preuia vigilantis ē pure ſpeculatiua: puta cū aliq̄s cā diſputationis cogitat de peccatis carnalib⁹: vł etiā cū colluctatiōibus occupat in vigilia ↄ̄ vitijs carnalib⁹ nō per affectionē ſed p horrorē: quarū imaginationū ſpecies remanſerūt in memoria: que in dormiēte mouentur ad locū iudicij: ꝛ tunc ſenſus cōis iudicat de his ac ſi ab extra per ſenſus particulares venirēt: ꝛ hec cauſa ſomnioꝝ. Unde ꝛ vigilādo cogitatiōibus imūdis nos īpugnat diabolus cui ꝛ ſi ꝑfecte reſiſtitur: nihilomin⁹ ꝛ in ſomno nos īpugnare conatur: ꝛ hoc frequēter accidit in dieb⁹ peculiarib⁹ in q̄bus p̄cipue cōicare vł celebrare deberem⁹: ſ; tūc nullū ē peccatum nec ſignū peccati: nec impedit cōionē nec eucbariſtie ↄfectionē. Añ. vj. di. dicit Iſidorus: c. Nō eſt pctm̄ qñ nolentes imaginib⁹ nocturnis illudimur: Et. ī. Luxurie quippe imagines quas ī veritate geſſim⁹ ſepe dormientib⁹ in aīo apparēt: ſ; innoxie ſi nō cōcupiſcēdo occurrūt. Secūd⁹ gradus ē qñ cogitatio preuia turpiū imaginationū etiā procedit ad delectationē ſenſualem ſ; in ſola delectatione finit ſine vllo deliberatiuo ↄſenſu volūtatis: immo cū quadam repugnantia voluntatis ꝛ rationis: de qua dicitur in dicto. c. teſtamentū. Sepe ↄtingit vt hoc qd̄ malignus ſpiritus ſemiat in cogitationē: caro trahat in delectationē: nō tamē anim⁹ eidem delectationi ↄſentiat: ꝛ cū caro ſine animo delectari nequeat: ipſe tamē anim⁹ carnis voluptatib⁹ reluctans in delectatione carnali quoquo mō ligat inuitus vt ei ex ratione cōtradicat ꝛ tamē ea delectatione ligat⁹ ſit ſ; ligatum ſe vehemēter ingemiſcat. Hinc paul⁹ gemebat dicens: Uideo aliam legē in membris meis repugnātē legi mentis mee: ꝛ captiuum me ducētē in lege peccati que eſt in mēbris meis. Et infra. Itaq̄ꝫ eſt homo captiu⁹ vt ita dixerim ꝛ liber: liber ex iuſticia: captiuus ex delectatione quā portat inuitus: ꝛ tūc habet rationē venialis peccati: ꝛ ex tali cauſa pollut⁹ nō impeditur a celebratiōe niſi ex reuerentia dimittere voluerit: vł niſi ſequeretur depreſſio mētis. Terti⁹ gradus eſt cū ex preuia cogitatiōe vigilantis nō ſolū delectatio ſequitur carnis ſ; etiam ↄſenſus volūtatis: ꝛ tūc eſt mortale peccatum ꝛ illuſio exinde ſequēs impedit patiētem tam a perceptione q̄ꝫ a confectiōe ſacramenti: qꝛ ẜm Grego. in dicto. c. teſtamentū propter taleꝫ pollutionem a ſacrto myſterio eo die abſtinere oportet. Ubi etiā vlterius querit glo. quid ſi cogitaui turpiter ſed anteq̄ꝫ dormiui ſtatim penitui: p⁹ polluor in ſomno: peccaui vel nō? Et videt ꝙ ſic: qꝛ licet ↄtritus ſim tamē veſtigia remanēt ꝛ reliquie: ſicut in liberto reliquie ſeruitutis: vnde patron⁹ ei ſuccedit: ſicut ī furioſis manet mrīmoniū: in reliquijs volūtatis. ff. de his qui ſui vel alie. iur. ſūt. l. patre furioſo: imputet igit mihi ſaltē ſi initialiter turpiter cogitaui: hec glo. Deniq̄ꝫ qꝛ cogitationi carnali ↄ̄ ꝓpinquo adeſt delectatio ꝛ delectationi ↄſenſus: idō verti poteſt in dubiū vtrū ſequēs pollutio accidat ex peccato vel nō: ſeu ex pctō mortali vł veniali. Cū ḡ de p̄cedenti ↄſenſu ſic dubitat, penitus abſtinēdū eſt. Si vero nō dubitatur: ſ; expreſſe q̄s agnoſcit nō p̄ceſſiſſe ↄſenſum: ꝛ neceſſitas vrget aut aliq̄ rōnabilis cā tūc poteſt accedere ꝛ etiā celebrare niſi p depreſſionē mentis impediret. Qꝛ ſi nec neceſſitas nec alia cā ſpālis ſubeſt ꝛ tamē celebrat: ex hoc tamē nō eſt dicend⁹ peccare mortaliter ſed venialiter: melius tamen ē abſtinere ꝓpter reuerentiā ſacramenti.

Preterea ſi querit an pollutio que incipit in ſomnis ꝛ in vigilia terminat ſit peccatū. Ad hoc rñdet Tho. in. iiij. ꝙ pollutio q̄tū ad rationē meriti vel demeriti magis iudicat ẜm principiū qd̄ ē in dormiendo q̄ꝫ ẜm finē qui eſt in vigilādo: qꝛ corporalis motus nō pertinet ad meritū vel demeritū: niſi inq̄tum a volūtate cauſatur. Ex quo eñ excitatus ē mod⁹ in dormiēdo nō ſubiacet volūtati vigilantis vlterius: nec reputatur euigilaſſe quouſq̄ꝫ perfecte vſuꝫ liberi arbitrij recuperauerit. Poteſt tamen ↄtingere ꝙ in ip̄a euigilatione peccatū oriatur. ſi. ſ. pollutio ꝓpter delectationē placeat: qd̄ quidē erit veniale peccatuꝫ ſi talis placētia fit ex ſurreptione: mortale vero ſi fit cū deliberatiuo ↄſenſu precipue cū appetitu futuri. Ip̄a aūt poſt placentia nō facit p̄teritā pollutionē pctm̄ ꝙ ſi placeat ſolū ꝓpter nature exonerationē vł alleuiationē tūc pctm̄ nō credit. Deniq̄ꝫ generaliter notandū eſt ꝙ ẜm medicos pollutio eſt euacuatio materie digeſtiue tertie ꝛ ẜm quoſdā ieiuniū eſt remotiuū cauſe vł incitamenti ad luxuriā: ſemē eñ in lumbis generatū ꝛ in vaſis collectū eſt ad luxuriā incitatiuū qd̄ natura p naturale deſideriū appetit foras pellere: quia ſibi ſuperfluuꝫ eſt nō neceſſarium: quia ſibi ad aliquid ordinatū eſt ſcꝫ ad proles generādas Et hec eſt ratio quare religioſi quātūcunq̄ꝫ ſancti de nocte polluunt: eo ꝙ natura que ſuperfluis aggrauatur illa nititur expellere. Et propterea ſepius hoc accidit ſine motu: et tūc homo emiſſo illo quod erat cauſa grauedinis valde ſe ſentit alleuiatū ꝛ inuenit ſe ad omnia bona expeditioreꝫ. Plures ſunt etiam cauſe pollutionis ſcꝫ acceptio crapuloſa cibi ꝛ potus. Item longus ſomnus: quia ſicut in longo ſomno multiplicatur ſudor ſic ꝛ pollutio. Item iacere ſuper dorſum longo tempore ꝛ potiſſime ſic dormire: quia calefaciunt renes. Item concupiſcentia diurna circa inordinatū amorem mulierū. Item nimius calor tempore dormitionis ꝛ ſimilia. Sūt etiā quidā qui ex leui delectatiōis ſenſu ſcꝫ vidēdo mulieres vł eis colloquēdo vł eaꝝ ↄfeſſiōes audiendo ſe vigilādo ſentiūt humectatos. Sꝫ tales credere nō debēt eē ſe vigiles pollutos qꝛ ẜm Auicēnā: tres ſūt meat⁹ ī virga virili: quorum vn⁹ ſub alio linialiter ordinat ẜm longitudinē ip̄i⁹. Unus meat⁹ ē p quē vrina tranſit ex veſica. Secundus ē meat⁹ ſpermatis ſeu ſeminis. Terti⁹ ē per quem tranſit q̄dam humiditas ſubtilis q̄ emittitur maxīe cū q̄s tangit mulierē in cui⁹ copula langueſcit. Silr ꝛ h̄ ꝓuenire pōt propter ſtercora in longatiōe exiſtētia. Inſup ex leui titillatiōe defluxus hui⁹ humiditatis ↄtingere pōt vt libros Ouidij de arte amādi legēdo vel de materia carnali diſputando: vł aliqua carnalia videndo ſeu ↄfeſſiones de materia carnali audiēdo ꝛ ſimilia. nec reputari debꝫ pollutio ꝓprie dicta. Itē mulier mēſtruata nō ꝓhibet accedere ad ſacramēta: ſi tamen ex reuerentia dimittit laudanda eſt: vt pꝫ expreſſum. v. di. c. ad eius ↄcubitū. Ad laudem dei omni.

## De quattuor alijs gradib⁹ peccati contra naturā ꝛ de quadruplici vindicta qua domin⁹ hoc vitiū vindicaſſe legit: Sermo IX

## On mechaberis.

n Exo. xx. Uiſio de infimo gradu peccati contra naturam: iam reliquos breui ſtilo percurramus.

j. ne medici infirmos in ſuā curā recipiant
niſi pꝛius infirmi ꝑ medicū anime curaue
rint ſe emēdare: ſcd̄o ꝙ ſi medicꝰ fecerit cō
tra iſtā cōſtitutionē excōicet̄ vſq; ad ſatiſ
factionē ꝯdignā: tertio ꝙ cū aīa ſit multo
p̄cioſioꝛ coꝛpoꝛe nullus medicꝰ egroto ſua
deat q̄d in periculū anime deducat: et hoc
ſub īterminatiōe anathematis: verūtamē
tales medici maxime obligant̄ in iudicio
anime qui per certa ſigna moꝛtē vicinā foꝛ
midantes: egroſq; affectata diſſimulatiōe
diſpoſitionē domus ſue reruſq; ſuaꝝ ac ma
xime ſalutē animaꝝ poſtergātes: nō enūci
ant illis periculū vite ac certitudinē moꝛt̄
vt ſic maturius ꝓꝛie ſaluti ꝓuideant: his
eñ nō incōgrue dici pōt illud Ezechiel. iij.
Fili homīs ſpeculatoꝛē dedi te domui iſrl̄.
⁊c. in cuius argumētū miſit dñs Eſaiaꝫ ad
Ezechiā egrotantē vt illi diceret: diſpone
domui tue quia moꝛieris tu ⁊ non viues.
Quinto queri pōt vtrū ſciēs ⁊ nō mani
feſtans impedimentū q̄dcunq; int̄ ꝯtrahē
tes matrimoniū obliget̄ in iudicio anime.
Ad hoc dicēdū ꝙ Inno. iij. in ꝯcilio gene
rali: vt patet extra de clādeſ. deſpon. c. cuꝫ
inhibitio: penitꝰ ꝓhibet occulta cōiugia q̄
fiūt nō p̄miſſa denūciatione: precipiens vt
nullus ſacerdos talibus nuptijs int̄eſſe p̄
ſumat: ⁊ generalit̄ ſtatuēs vt cū matrimo
nia ꝯtrahēda fuerint in eccleſijs ꝑ p̄ſbyte
ros publice ꝓponant̄ cōpetēti termīo p̄fi
nito: vt infra illū q̄ voluerint ⁊ valuerint
legitimū īpedimētū opponant: ⁊ ip̄i p̄ſby
teri ꝑ ſe nihilominꝰ inueſtigēt vtrū aliq̄d ī
pedimentū obſiſtat: ſi autē aliq̄d rōnabile
obiectū fuerit ꝯtra copulā ꝯtrahendā: tūc
expꝛ̄ſſe ꝯtractꝰ int̄dicat̄ donec q̄d fieri de
beat ſuꝑ eo manifeſtis ꝯſtiterit documēt̄:
ꝙ ſi parrochial̄ ſacerdos tales ꝯiunctiōes
ꝓhibere ꝯtēpſerit: vl̄ etiā q̄libꝫ regularis
q̄ eis int̄eſſe p̄ſūpſerit ꝑ trienniū ab officio
ſuſpēdat̄: grauiꝰ puniēdꝰ ſi culpe q̄litaſ po
ſtulauerit: ⁊ his q̄ talit̄ copulari p̄ſūpſerit
etiā in gradu ꝯceſſo ꝯdigna penitētia iniū
gat̄: glo. ꝓpt̄ ꝯtēptū eccl̄ie: vnde ſuper ver
bo: qui volūt: dicit glo. ꝙ quaſi publicum
crimen videtur ad quod denunciandū q̄
libet admittitur: imo quilibet tenet̄ ſalutē



denūciare: vt patet extra de cognatiōe ſpi
rituali. c. tua nos: vbi ſubdit̄: ꝙ q̄ ꝯtractū
in caſu ꝓhibito ſciuerint debēt illud eccl̄ie
denūciare: glo. nota argumētū ꝙ denūcia
ciatio criminū ad oēs ſpectat ⁊ nō tm̄ ad p̄
latū: quā denūciationē ſi p̄termittūt moꝛ
talit̄ peccāt: p̄ſertim cū a paſtoꝛibꝰ eccl̄iaꝝ
publice in eccleſijs exigunt̄ ⁊ ꝑticipes fiūt
oīm maloꝝ q̄ exinde ſequunt̄. Nimirū cū
eccl̄ie paſtoꝛes h̄ edictū ꝓmulgātes p̄cipi
unt in virtute obedientie ſub pena excom
municatiōis: vt impedimēta ſcita denunci
ent: maxime tñ peccāt q̄ ſcient̄ in caſu ꝓhi
bito ꝯtrahūt nec māifeſtāt: cū tñ īpedimē
tū legitimū agnoſcāt nō matrimonia ſed
ceſtuoſa cōnubia damnabiliter excolētes.
Deniq; generalit̄ omnes preciū recipien
tes aut ꝯtractus quoſcunq; faciētes cū ali
is de manifeſtatiōe vel inſtructiōe debita
cuiuſlibet artis mechanice ſibi vl̄ ſuis faci
enda: niſi talē ꝯtractū vl̄ cōpꝛomiſſū facto
cōpleuerint tenent̄ inſolidū: dūmodo cō
promiſſū ex altera ꝑte debitū ſoꝛtiat̄ effe
ctū. Similit̄ ⁊ doctoꝛes quarūcunq; facul
tatū vel artiū tenent̄ debitā oſtendere fide
litatē in cōpꝛomiſſis: ſic pꝛedicatoꝛes veri
tatis ⁊ aniaꝝ rectoꝛes ac coadiutoꝛes ī ſ
monibꝰ: ꝯfeſſionibus ⁊ cōſimilibꝰ: quibuſ
cunq; tenent̄ manifeſtare fidelit̄ viā rectā
iuſticie veritatis ⁊ ſalutis: nō declināntes p̄
ce: p̄cio: fauoꝛe: odio vel alijs affectibꝰ īoꝛ
dinatis quibuſcunq;: neq; ad dexterā ne
q; ad ſiniſtrā: al̄s obligarēt̄ in iudicio ani
me ſūmo iudici de ſanguine animaꝝ eoꝛuꝫ
q̄ talit̄ decepti fuerint: tenent̄ inq̄ ip̄is de
ceptis ad reſtitutionē damni irreconpenſa
bilis: hic dr̄ Sapiē. vj. Iudiciū duriſſimuꝫ
in his q̄ p̄ſunt fiet ⁊ potentes potēter toꝛ
menta patient̄: q̄d a nobis auertat chꝛiſtꝰ
ieſus qui eſt bñdictꝰ in ſcl̄a Amen.

## Cui dꝫ fieri reſtitutio: ⁊ de tri plici titulo dominij: ſcꝫ iuſto ⁊ re cto: iuſto nō recto: ⁊ nec iuſto nec recto: Ser. LVII

## On furtuꝫ facies.

n Exo. xx. Tertio p̄ncipalit̄ viden
dū ē cui debeat fieri reſtitutio.
A Ad cuiꝰ euidētiā dic̄ Sco. in. iiij. di. xv.
ꝙ reſtitutio fieri dꝫ dānificato ſi ſit poſſibi
le: vt ſi nouit eū ⁊ habeat p̄ſentē, vl̄ habere
pōt: aut ſi mitti pōt ſine maioꝛi icōmodo q̄
illō q̄d mittēdū eſt eēt vtile ei: ⁊ intelligo
de dānificato vl̄ eiꝰ heredibꝰ aut ꝓpinq̄s
ſi moꝛtuꝰ ē vl̄ abſēs: qꝛ p̄ſumit̄ lege nature
ꝙ magis velit reſtitutionē fieri ꝓpinquis
ſuis. In duobꝰ tñ caſibꝰ nec ſibi nec ſuis fi
eri dꝫ reſtitutio. Pꝛimo ſi neſcit̄ cui vel eo
moꝛtuo neſciunt̄ ꝓpinq̄ ⁊ tūc dꝫ pauꝑibus
erogari vice illius: qꝛ cui nō pōt tēpoꝛalit̄
ſubueniri reddi dꝫ ſpiritualit̄: q̄d maxime
fit tribuendo pauperibus q̄ ſuccedūt loco
chꝛiſti: ⁊ in hoc fit illi reſtitutio poſſibilis.
Secundo ſi maioꝛes ſumptus fierēt in mit
tēdo q̄ res reſtituēda valeat. Si vero non
fierent maioꝛes ſūptus tūc mitti debēt ex
penſis iniuſte detinētis. ar. ff. de op. lib. l.
opere eñ: q̄d tñ ſic intelligendū eſt ſane: ꝙ
ſi poſſeſſoꝛ malefidei in aliū locū ſe trāſtu
lit q̄ vbi vſuras vl̄ maleficiū exercuit: tūc
ꝓꝑijs ſumptibꝰ creditoꝛi mittere debet ſꝫ
Hoſtiē. Si vero creditoꝛ vel eius heres ſe
trāſtulit: tūc ſm̄ Bern. mitti dꝫ ſumptibuſ
ipſius debitoꝛis abſentis: ꝓhant̄ h̄. ff. de
rei ven. l. ſi res: ⁊. l. ſi vero: ⁊ in oībꝰ ſm̄
Rodoneñ. penſande ſūt circūſtantie. ſ. q̄n
titas rei debite: remotio loci: expenſe q̄ fie
rent in mittendo: ⁊ pauꝑtas ac diuitie eiꝰ
cui fieri debet reſtitutio: qꝛ tā ꝑua poſſꝫ eē
ſūma rei reſtituēde: ⁊ tā diues cui fiēda eſt
ꝙ nullo mō ꝓ re tā modica velle debet ꝓxi
mū grauare: nec opoꝛtet ꝙ tūc mittat ſꝫ re
currēdū eſt ad arbitriū boni viri: ſm̄ Rodo
nen. Addit etiā Monaldꝰ in ſumma. ꝙ re
ſtitutio regulariter faciēda eſt ſpoliatis vl̄
eis nō extātibꝰ eoꝝ heredibꝰ ſi reperiri poſ
ſunt: q̄d veꝝ eſt qñ ſpoliatꝰ fecit teſtamētū.
Si vero mādauit in teſtamēto diſtribui ꝑ
executoꝛes q̄cquid ad ip̄ꝫ ſpectabat de mo
bilibꝰ ⁊ debitis tūc executoꝛibus eius re
ſtitutio faciēda eſt ꝓ rata ⁊ vxoꝛi ꝓ rata ac
liberis eiꝰ ꝓ rata ſi ip̄a ⁊ liberi habere de
beant aliquā ꝑtē in rebꝰ teſtatoꝛis de iure
vl̄ ex diſpoſitiōe teſtatoꝛis: ꝙ ſi nō curaue
rit facere teſtamentū tūc reſtitutio fieri de
bet heredi ab īteſtato: niſi talis teſtatoꝛ vl̄
heres priuatus eēt iure rehabēdi rem ſuā
vt in iuſto bello aut impiali edicto vl̄ eccle
ſiaſtico: puta qꝛ tanq̄ hereticꝰ ꝯdēnatꝰ eſt
ſimpliciter vel vſq; ad tēpus dominio rei
ſue: tūc eñ ſimpliciter ⁊ vſq; ad tēpus illō
ſolutio talis rei differri dꝫ: vt extra de he
re. c. excōmunicamus. §. credētes: ⁊ li. vj.
de homi. c. ꝓ humani. Ad maioꝛē tñ eui B
dētiā ſm̄ Bern. de religiōe chꝛiſtiana: duo
ſūt h̄ p̄ncipalit̄ ꝯſideranda. ſ. titulꝰ quēhꝫ

dn̄s ī re ſibi vel alteri reſtituēda: ⁊ peccatū
qḋ īteruēit ī ademptiōe rei poſſeſſe iniuſte.
Quātū igit̄ ad primū triplex titulꝰ diſtin/
gui pōt nā p̄mo ꝗdā ī dn̄io rei titulū habēt
iuſtū ⁊ rectū: ſicut hr̄i ſolet ī rebꝰ iuſte acq/
ſitis ab his quibus reſtitui debent: ⁊ tunc
talis aut eſt verus dominus aut diſpenſa/
tor p̄ncipalis aut heres: ſi verꝰ dn̄s rei tūc
ſibi ſp̄ reſtitui dꝫ. liij. q. j. c. reintegrāda ⁊ ſe
re ꝑ totā q̄ſtionē et h̄ vt dictū eſt: niſi iuſto
bello vl̄ edicto īperiali vl̄ eccleſiaſtico illa
re priuaret̄. Ex h̄ etiā ſequit̄: ꝙ ſi fur ingre
diendo domū meā atqꝫ ꝓſecutꝰ fugit ⁊ pal
liū ſuū dimittit rōne ſui delicti ꝑuaret̄ iure
ſuo quia ī dānū alterꝰ veniebat: et licet h̄
nō debeā retinere cū poſſū id pauperibus
erogare ſiue furē illū agnoſcā ſiue non. Si
tn̄ dn̄s rei nō hr̄et ſenſū et auctoritatē diſpē
ſandi res ſuas. ſicut amēs: pupillus: ꝓdi/
gus ⁊ ſic de alijs ꝗbꝰ ſm̄ leges tutor vl̄ cura
tor dari debꝫ: tunc nō ē eis reſtitutō facien/
da ſꝫ tutoribꝰ curatoribꝰ aut his quibꝰ in/
cūbit agere curam illorū. Si ꝑinde diſpē
ſator ē pricipalis ſicut ſūt diſpēſatores ho/
ſpitaliū eccleſiaſticoꝝ bonoꝝ ſeu altarū pi/
arū domoꝝ ⁊ cōſimiles: tūc talibꝰ eadem
reſtitui debēt ſi adhuc ſūt ī officio vel eoꝝ
legitimis ſucceſſoribꝰ. Notādum tn̄ ſm̄
Tho. ſa 2e. q. lxij. et Alex. lomb. de prelatꝭ
eccleſie: ꝙ ipſi res eccleſie iniuſte ſubripe ſo/
lēt tribꝰ modis. Primo qn̄ rē eccleſie n̄ ſibi
ſꝫ alteri deputatā ſubripiūt: vt ſi ep̄us ſibi
rem capituli vſurparet: ⁊ tūc certū ē ꝙ ca/
pitulo reſtitui debet eā ponendo ī manus
eoꝝ ad quos de iure ꝑtinere videt̄. Scđo
qn̄ ꝑſona eccleſiaſtica rē eccleſie ſue cuſto/
die deputatā in alterꝰ dominiū trāſferret
ſcꝫ ꝯſanguinei: amici: meretricꝭ: hiſtrionis
vl̄ ꝯſilium ꝑſonaꝝ: qḋ ſi facit ꝓpter fauo/
rē ſeculi aut ꝓpter peccatū qḋ ꝯmittit ſeu
ꝓpt̄ carnalitatē peccat mortaliter. lxxxvj.
di. c. donare: et vltra h̄ ſi ꝓpriū hꝫ equipol
lentē rē in vtilitatē eccleſie reſtituere debꝫ
⁊ hi ꝗ taliter acceperūt ad reſtitutionē ob/
ligāt̄: tamē ſine ſcādalo et cū ſcito dantis
et h̄ ſucceſſori vl̄ eiꝰ ſuperiori vt veniat ī vti/
litatē eccl̄ie: et ſic liberat̄ ipe dans ab obli
gatiōe reſtituēdi: ꝙ ſi eā elimoſyne ⁊ ſuſtē
tationis nature ⁊ hoc ī iuſta neceſſitate eis
tribuit: cū natura ſit ſuſtētanda non vicia
fouēda: nō tenet̄ ad reſtitutionē: dūmodo
ac culpis eoꝝ abſtineat. lxxxvj. di. c. nō ſa/
tis. §. paſce. xij. q. ij. et ſi illi ⁊. c. gloria. Si/
milit̄ h̄ obligāt̄ ad reſtitutionē ſi dederūt
bene meritis ⁊ honeſtis viris qui iā eccl̄ie
ſeruitium impenderūt defendēdo patroci/
niū p̄ſtando vel elemoſynas cōferēdo. xij.
q. ij. c. quicūqꝫ eccleſiaſticis. vbi plane de h̄
Tercio qn̄ rem eccleſie ſubrupit ſolo aīmo:
ſcꝫ dū incipit animū habere poſſidēdi rem
illā vt ſuā ⁊ nō eccl̄ie: ⁊ tūc ſufficit depone/
re animū poſſidēdi ⁊ retinēdi rē vt ſuā. Si
deniqꝫ fuerit heres verꝰ tūc eidē bona pre
cedētis dn̄i reſtitui debēt: vt eſt de reſti. ſpo
li. fere ꝑ totū: ꝙ ſi plures ſunt heredes tūc
ſm̄ Ray. vnicuiqꝫ reſtitutio faciēda eſt ſm̄
ꝓportionē ſue hereditarie portiōis niſi he
redes eſſent inſtituti in aliquo certo puta
in centū vl̄ in domo vl̄ in agro ⁊ ſic de alijs
tūc enī nō debet illis fieri reſtitutio ſꝫ his
ꝗbus teſtator relinquit diſpoſitionē bono
rū ſuoꝝ. Porro ſi teſtator legauit oīa bo
na ſua pauꝑibus ſeu alijs pijs locis: ⁊ hoc
ſimbliciter vl̄ excepta certa quota: tunc ſicut
ꝑ virtutē teſtamenti pauperibus vel illis
locis acquirit̄ ius in bonis defuncti: ſic eiſ
dē acquiſitū eſt ius in his que tali legatori
de iure debent̄: ⁊ ideo in hoc caſu talibus
eadē reſtitutio ē faciēda. Secūdo vero p̄n/
cipalit̄ qui habēt in dominio rei titulū iu/
ſtum ſed nō rectū: ſicut ꝯtingit in vſurario
ꝗ intantū ſuꝑ acquiſitā vſurā titulū verꝫ
habet: inꝙtū ei volūtarie volūtate tn̄ coa/
cta res eſt exhibita: ſed propterea nō habꝫ
rectū: q̄r ſatiſfacere obligat̄. Pro ꝗ ſciē/
dū ꝙ ſi res aliqua dono vel quocunqꝫ alio
mō lucratiuo fuit habita ab vſurario de ꝗ
ꝯſtat ꝙ ꝗcꝗd habet eſt de vſuris ⁊ ꝙ totꝫ
eſt neceſſariū ad ſoluēdū: tūc diſtinguēdū
eſt: aut enī illud ab eodē habitū ē qn̄ potēt
erat ſatiſfacere: licet poſt impotens factꝰ ſit
⁊ tunc iſte nō tenetur reſtituere: q̄r cū vſu/
rarius dedit verꝰ dn̄s erat ⁊ ſine ipa re ſa/
tiſfacere poterat: ac ꝑ hoc recipiēs non de/
dit illi cām efficacē ad nō reſtituēdum: ⁊ ſi
poſt impotēs factꝰ eſt h̄ nō eſt ex culpa reci
pientis: at idē dicendū eſt de dotibꝰ p̄ſtitiſ
filiabus ⁊ ſimilibus. Si tn̄ tp̄e datiōis vſu
rarꝰ erat īpotēs ad ſoluēdū: tūc recipiens
tenet̄ ad reſtitutionē quā facere debet vſu
rario: niſi ꝑ iudicē res eſſent reſtitutiōi iā
ſētētialit̄ iudicate. Licꝫ ꝗdā dicāt ꝙ ſi res
talis ꝑ vſurā habita adhuc extat eadē ſpe/
cie ac numero apđ receptorē qḋ tūc nō de/
bet reddi vſurario ſed illi a ꝗ ꝑ vſuras ex/
torſit: cuiꝰ opiniōis ſūt ꝗ tenēt ꝙ in vſura
dominiū nō trāſfert̄: nā ꝓpt̄ triplicē rōnes
p̄ma ſnīa videt̄ verior. Primo rōne volūta/



rij: nā qḋ in vſura recipit̄ vltra ſortē nō eſt
ſimpliciter violentū nec ꝑ vim factā dn̄o rei
nec etiā oīno volūtariū ſed ē volūtariū
mixtū: ſic aūt nō eſt in furto ⁊ rapina: quia
ibidē accipit ꝯtra volūtatē dn̄i: ꝓpt̄ qḋ in/
re poſt equꝰ furatꝰ eſt idē numero reſtituē
dus ad q̄ſcūqꝫ ꝑuenerit manꝰ: nō ſic eſt de
equo ꝑ vſurā habito: q̄r ſufficit ꝙ fiat p̄cij
reſtitutio. Secūdo rōne mutui qḋ cōcurrit
in ꝯtractu vſure: hinc ſicut in mutuo nō eſt
neceſſe ꝙ mutuātī reddant̄ eadē numero ſꝫ
ꝙ reddat̄ equalēs: ſic etiā videt̄ eē ī excre
ſcentia que rōne mutui cōtingere ſolet. Ter
tio rōe experimēti: q̄r ſi is a ꝗ ꝑ vſurā vſura
riꝰ rē habuit eā ſibi re acciperet auctorita/
te ꝓpria tanꝙ fur ſiue raptor puniret̄: qḋ
nō fieret ſi rei dominiū in vſura nō trāſfere
tur. Q2 ſi obijcit̄ ſi vſurario facta fuerit ta
lis reſtitutio nunꝙ forſitan reſtituet eā ſed
forte dabit alijs ad vſurā: ⁊ ſic ſoluēs dam
nificabit̄ ⁊ vſurario quedā actio delinꝗn/
di dabit̄: ſicqꝫ ſequit̄ ex hoc duplex malū:
ecōtra ſi facta fuerit eidē reſtitutio qui ſol/
uit vſurā duplex bonū exinde ſequit̄: pri/
mū q̄r vſurarius erit ab illa reſtitutiōe libe
ratus: ſecūdū q̄r is ꝗ prius vſurario ſoluit
vſuram erit de tali reſtitutiōe iuſtiſſime re
creatꝰ. Ad hoc dicēdū ꝙ ſi ꝗs ꝑ talē vſurā
ſatiſfaceret ei qui illā ſoluit ⁊ hoc cū cōſciē
tia ⁊ licētia vſurarij p̄ſati vt a tn̄ ſatiſfacti/
one ſe noſceret liberatum: vtiqꝫ prudent̄ ⁊
charitatiue videret̄ agere ꝓ vtroqꝫ: ſi tn̄ h̄
fieret caute tūc in foro iudiciali poſſet vſu/
rarius ille repetere rē illā in caſu quo nō eſ
ſet ſoluēdo vl̄ nō potēs ad reſtituendū vſu
ras: ⁊ ſic bis ſoluere cogeret̄: ꝓpt̄ qḋ vt ta
le periculū euitet̄ talis reſtituēs adire de/
bet epiſcopū ꝗ pōt ad ſatiſfaciēdū vſurari/
os artare vt ſic de ſua licētia ⁊ obedientia
qḋ habet alteri reſtituat: ⁊ ſi poſtea tal̄ re/
ſtituēs ab vſurario p̄dicto moleſtaret̄ co/
rā iudice ſeculari: poſſet ep̄s mādare ꝙ iu/
dex ſecularis de hoc ſe nullatenꝰ intromit/
tat: q̄r iā fecit negotiū illud ď foro ſuo: mā/
dās alteri ꝙ illā reſtitutionē faceret. Q2 ſi
q̄rit̄ vtrꝫ tal̄ ꝗ nō timēs ab vſurario iterū
cogi talē vſurā creditoribꝰ redderet obli/
garet̄ h̄ iterꝫ reſtituere dicto vſurario. Di/
cendū ꝙ nō: q̄r ꝗuis eo inuito tn̄ vtilit̄ cau
ſā ſuā geſſit ⁊ etiā ſine ſui ratihabitiōe vſu
rarꝰ abſolutꝰ ē de illa q̄ntitate vſure: lꝫ n̄
ſit abſolutus a culpa donec de pctō ꝯterat̄
Ceterꝫ ꝗ dicta ſūt de vſurario quo ad titu/
lū eodē mō ſūt itelligēda de quocūqꝫ ꝗ ſm̄
humana iura rōnabilit̄ edita iuſtū titulū
dominij habet in rebꝰ licet nō rectū: verbi
gratia. Quidā cuiꝰ domꝰ ꝗdā eſt ſꝫ rectā
rationē ꝗꝫ illa moleſtat̄ in iudicio ab alio ꝗ
p̄tēdit ſe ius habere ſuꝑ illā: tandē verus
dn̄s in ꝓbationibꝰ deficit: ⁊ moleſtās ſen/
tentialit̄ in iudicio domū recipit: demū lo
cat̄ eadē domꝰ: tertio qui de hoc veritatē
nouit: tunc ille tertius de pēſione tenet̄ re/
ſpōdere illi ꝗ iuſto titulo licet nō recto poſ
ſidet illā: licet ſm̄ rectā ꝯſcientiā ſciat mo/
leſtātē p̄dictū obligari ad reſtitutionē tam
penſiōis ꝗꝫ domꝰ: ⁊ de ꝯſilibꝰ idē ē iudiciū:
h̄ ē ſētētia Inno. extra de elec. in. c. ꝙ ſicut
Tertio deniqꝫ p̄ncipalit̄ ꝗdā ī dominio
rei nec habēt iuſtū titulū nec rectū: eo ꝙ in
illos nō trāſfert̄ dominiū: ſic̄ ſūt raptores
fures: ſimoniaci ⁊ ꝯſiles ꝗ nullo iure iuſtū
dominij titulū nec rectū ꝯſequunt̄: ⁊ ideo
res a p̄dictis habite nō ſūt eis reſtituēde ſꝫ
veris illaꝝ dn̄is ꝗꝝ erāt: excepta ſimonia
de q̄ videbit̄ in ſmōe ſequēti: vn̄ ſm̄ ꝗſdā
excepta dicta ſimonia cuicunqꝫ predictoꝝ
ſcꝫ furi: raptori vl̄ ſimilibus homo reſtitu/
erit minime liberatus eſt: quia ad quaſcū/
qꝫ manus: furta vel rapina peruenerint ſē/
per obligant̄ ad reſtituendū vero domino
ſi nouerint illū: ſin autē tunc reſtituendū
eſt furi vel raptori vt ipſe reſtituat: verūta
men ſi vero domīo reſtituere diſponit hoc
faciat per perſonam religioſam aut aliam
fidelem ſuppreſſo nomine furis vel rapto/
ris: cum fama potior ſit ꝗꝫ terrena ſubſtan
tia. Ad laudē dei.

## Cui debeant reſtitui ea que ſūt cū culpa data vel accepta ſeu data ⁊ accepta ſimul: Ser. LVIII

## Non furtum facies:

n Exo. xx. Viſo de ꝯſideratiōe tri/
plicis tituli in reſtitutione debiti
facienda. Iam ꝓſequendū eſt ſcđm: ſcꝫ de
ꝯſideratiōe pcti quod interuenire pōt ī de
bito reſtituendo. Pro quo ſciendū ſcđꝫ B
Alex. de hal. ꝙ res q eſt reſtitutiōi ſubno/
xia: ab alio plerūqꝫ turpiter ac male accipi
tur tripliciter: aut cum culpa accipientis ⁊
non dantis: aut cum culpa dantis ⁊ nō ac/
cipientis: aut cū culpa vtriuſqꝫ: ⁊ hoc no/
tat textus. ff. de cōditi. ob tur. cauſam. l. j.
Primo nanqꝫ res reſtituenda quando/
qꝫ ſuſcipitur cum culpa accipiētis ⁊ nō dā/
tis: ſic patet in rapīa: furto: vſura ⁊c. ⁊ tūc

res reſtitui debet illi cuius fuit q̄꞉ nō ami/
ſit dominiū ſuū: vñ. xiiij. q. v. c. nō ſane: ſb/
dit̃ in fi. Qui ꝟo ꝯtra ius humane ſocie/
tatis: furtis: rapinis: calūnijs: oppreſſiōi/
bus aliq̄ abſtulerūt: reddēda potius ꝙ do
nāda cēſemꝰ. Zachei publicani exemplo:
q̄ ſcꝫ dixit Lu. xix. Si quē defraudaui red
do quadruplū: ⁊ q̄꞉ multipharie res accipi
pōt cū culpa ⁊ turpitudīe accipiētis reſpe/
ctu dantis: nec ſemꝑ teneat̃ accipiēs danti
reſtituere: ideo ponamus h̄ exēpli grā ca/
ſus duos. Primus eſt de illo q̄ mutuat nū
mos alteri cū pacto ꝙ alter ire teneat̃ ad ſu
am molendinā vel ad fractoriū ſuū fornuꝫ
aut ſcolas aut ſuas emere mercimonias: ⁊
ſic de alijs: vel etiā eo pacto ſolutionē de/
biti expectat ac alias nō mutuaret vl̃ expe
ctaret: talis enī ſm docto. vſurā cōmittit li
cet aliter ex hoc nullū detrimentū habuit:
ratio huius eſt: iſte cōmoduꝫ ex hoc ſuſce/
pit ⁊ vtilitatē que pecunia eſtimari poteſt:
habent enī predicta ex hoc maiorē ꝯcurſuꝫ
creditū ⁊ ſequelā que pñt ⁊ debēt eſtimari
pecunia iudicio boni viri: h̄ ſentit Jo. an.
in regula iuris: pctm̄: li. vj. nō tñ debꝫ talis
vſura reſtitui alteri debitori ſi nulluꝫ ex h̄
detrimentū ſuſtinuit. Q꞉ ſi querit̃ cui er
go debeat reſtitui. Dicendū ꝙ erogari de/
bet pauperibꝰ: cuiꝰ ratio eſt: quia qui iuit
ad alterius piſtrinā nō ſuſtinuit aliqđ de/
trimentū nec ꝯtulit ſuo creditori aliqđ lu/
crū intuitu mutui qđ nō antea ꝯtuliſſꝫ ei/
dē vel alteri eūdo ad piſtrinā: ⁊ ideo nō po
tēſt ſe putare fuiſſe grauatū ac ꝑ ꝯſequens
nihil reſtat illi reſtituendū. Mutuās autē
vel ſolutionē ꝓrogās: aliqđ appciabile co
modū rōne mutui ꝯſecutꝰ eſt: qđ tñ retine/
re nō pōt. Hinc in cauſas pias h̄ ipm diſpē
ſandū eſt. Secūdus vero caſus ē de vſu/
rario mentali. Pro quo ſciēdū ꝙ is q̄ mu/
tuū dedit principalit̃ ꝓpt̃ lucrum aliqđ vl̃
do nū licꝫ minime deductū in pactū: nec q̄/
dem explicite nec implicite mētalē vſuram
cōmiſit: vt extra de vſur. in. c. cōſuluit: vbi
de hoc caſu papa Urbanꝰ. iij. cōſultus vtꝝ
ſit vſura: rñdet ꝙ ſic: vt ex euāgelio Luce
Manifeſte cognoſcit̃ in quo dr̄: date mutu
um nihil inde ſperātes. Hmōi homīes pro
intētione lucri quā habēt cū oībus vſura et
ſupabundantia ꝓhibeat̃: in lege iudicādi
ſunt male agere: ⁊ ad ea que ſic ſunt acce/
pta reſtituēda in animarū iudicio efficacit̃
inducēdi: h̄ ibi: ꝓpt̃ qđ ſic recepta retinere
nō pōt: eo ꝙ ꝯtra dñi legē recepit: nec ille q̄
ꝓpt̃ mutuū alteri dedit rehabere dꝫ: quia
volūtarie qđ dedit a ſe abdicauit: ſꝫ paupi
bus eſt erogādū: vt. xiiij. q. v. c. non ſane.

Secundo res reſtituēda qñqꝫ recipit̃ cū
culpa ⁊ turpitudine dantis ſꝫ nō accipien/
tis: ſicut qñ q̄s aliq̄d intētiōe mala dedit:
ꝙuis accipiēs intētiōe bona recepit. Exem
pli grā. Sepe ꝯtingit de furibꝰ: raptoribꝰ:
oppreſſoribꝰ: vſurarijs ⁊ ſimilibꝰ ꝙ ex va/
nitate vl̃ pompa ſcli faciūt elemoſynas cō/
ſtituūt capellas: dotant altaria ⁊ ſilia de i/
iuſte acq̄ſitis certa nō reſtituēdo certis: tūc
q̄꞉ datū nō fuit in poteſtate dātis: q̄꞉ qđ de
dit alienū fuit: vl̃ in eo dādi poteſtatē non
habuit: reddēdū eſt illi q̄ poteſtatē hꝫ ī eo
qđ datū eſt: vt ꝑꝫ. xiiij. q. v. c. forte cogitat
aliq̄s ⁊ dicit multi ſūt chriſtiani diuites aua
ri: cupidi: nō habeo pctm̄ ſi ſuū illis abſtu
lero ⁊ paupibus dedero: vñ enī illi nil bo/
ni agunt mercedem habere potero: h̄ hmōi
cogitatio ei diaboli calliditate ſuggerit̃:
nā ſi totū tribuit qđ abſtulerat: addit poti
us peccatū ꝙ minuat: h̄ ibi: ⁊ ſūt ꝟba Au/
guſ. in omel. Ratio aūt cur dādo pauperi/
bus addit peccatū eſt: q̄꞉ dādo facit ſe ipo/
tentē ad reddendū: vñ ⁊ dicit̃. c. multi ſine
peccato putāt eſſe ſi alienuꝫ qđ inuenerint
nō reddāt: ⁊ dicūt deus dedit mihi cui ha/
beo reddere: diſcāt hoc peccatum eē ſimile
rapine ſi q̄s inuēta nō reddat: h̄ Hiero. ſup
Leuit̃. Si tñ datū illđ erat q̄dē in poteſta/
te dātis ſed dedit ad trahēdū recipientem
ad luxuriā hereſim vel aliā cām impiā: tūc
recipiens illud intētione bona ac ſimplici
pōt datū retinere ſibi: lꝫ honeſtiꝰ ageret ꝙ
cognita donādi cā donāti reſtitueret: ꝓci/
pue tñ ſi q̄s aīo puro nihil inde ſperās al/
teri ſūmā aliquā mutuaret: ac poſtmoduꝫ
ab eo cui mutuatū ē aīo ſimplici donū ali/
qđ liberalit̃ oblatū recipet: tādem cognita
dātis ītētiōe corrupta dꝫ acceptuꝫ reſtitue
re: vt ꝑꝫ. ſ. i ſmōe epilogatorio de triplici
vſura. Tertio res reſtituēda qñqꝫ ē acce/
pta cū culpa ⁊ turpitudīe vtriuſqꝫ. ſ. tā dā
tis ꝙ recipiētis: ⁊ tūc generalit̃ tenēdū ē ꝙ
nulli ex ipia cā aliq̄d dāti qđ ab eo cui da/
tur licite retineri nō pōt reddi dꝫ qđ datū ē
ſi ei cui dedit dātis īpietas īnoteſcit: cuiꝰ rō
ē: q̄꞉ ſua īpietas eū reddit ⁊ oñdit īdiſpoſi/
tū ⁊ īdignū ad ipꝫ recipiēdū. Cū ḡ recipiēs
vt dictū ē illđ retinere licite nō pōt: q̄rit̃ cui
tale ſit retribuēdū. Ad h̄ dicēdū ꝙ aut ta/
le datū tribuit̃ ⁊ accipit̃ ſine iniuria aliena
vl̃ ecōtra. Si acq̄rit̃ ſine aliena iniuria tūc
aliquādo eſt donāti reddendū: aliquādo
ꝟo paupibus tribuendū: Exempli grā: po
namꝰ aliquos caſus ad maiorē euidentiā:
Primo pono ꝙ iudex vel aſſeſſor certū ha
bens ſalariū vendat iuſtū iudiciū et teſtis
verū teſtimoniū: ⁊ ſic aliquid dat̃ qđ dari
nō debet: ſic oſtēdit Augꝰ. ad Macedoniū
⁊ habet̃. xiiij. q. v. in. c. nō ſane. vbi ſubdit̃
nō ideo debet iudex vendere iuſtū iudiciū
aut teſtis verū teſtimoniū: q̄꞉ vendit aduo
catus iuſtū patrociniū: ⁊ iuriſpitus iuſtuꝫ
ꝯſiliū. Jlli enī inter vtrāqꝫ ptē ad examen
adhibent̃: iſti ex vna pte cōſiſtūt: quicq̄d
igit̃ tales inde recipiūt obligant̃ reſtitue/
re: q̄꞉ rōne ſui delicti amittūt ius acq̄rendi
dominiū in tali dato: vt oñdit ibidē Aug.
⁊ ex̄ de vi. ⁊ hone. cle. c. cū ab omni. vbi pla
ne de hoc. Sed cui reſtituēdū eſt: dicendū
ſm Alex. Lomb. ꝙ ſi dedit illa cū intenti/
one bona: vt ſcꝫ iudex ſibi ius ⁊ eq̄tatē con
ſeruet: tūc ipi danti reſtitui debet: ſi autē
eo aīo vt iudicis affectū corrūpat: tunc licꝫ
iudex id nō poſſet retinere: tñ alter nō pōt
repetere: ⁊ ideo diſtribuendū eſt paupibꝰ:
vt ꝑꝫ in dicto. c. nō ſane. vel potiꝰ illi tribu
endū eſt in cuiꝰ iniuriā datū eſt: ſi ex hoc ꝯ̄
eū iniuſtū iudiciū datū eſt. Secūdo pono:
ꝙ q̄s ab accuſatis aut incarceratis pecuniā
recipiat: vt anteꝙ ſentētia ꝯ̄ eos ꝓferat̃ ꝓ
eis intercedat: ⁊ iudex ad ītercedētis ꝓces
illos liberat: tūc ſi tales fuerūt innocētes
⁊ interceſſor erat officialis ſalariatus: tūc
nō pōt illā recipe h̄ debet dantibꝰ reſtitue/
re. Si ꝟo ſalariatꝰ nō erat: tūc retinere pōt
ꝓuīmō nō eſſet īmoderata ſumma: ⁊ cū hoc
meret̃ apud deū ſi fecit motus pietate ꝓce
ptū illđ implēs Prouerb. xxiiij. Erue eos
q̄ ducunt̃ ad mortē: ſi tñ culpabiles erāt et
merito cōdemnādi: tūc interceſſor receptā
pecuniā retinere nō pōt: q̄꞉ culpabiles in/
iuſte dederūt ⁊ interceſſor turpiter accepit
vñ paupibus eſt diſpēſanda peccatqꝫ gra/
uiter interceſſor iuſticiā ꝓpter auariciā im/
pedīēs ⁊ quodāmō ꝑſequēs. Tertio pono
ꝙ quis accipiat mutuū ſub vſuris nō ꝓpt̃
neceſſitatē ſed vt luxuriet̃ vel vt magis cū
mercātijs lucret̃ aut ꝓpter aliā cām malā:
vel etiā ſi ex ꝯſcīa vel hūana verecūdia no
lentē mutuare ſub vſuris: inducat ad mu/
tuandū ſub vſuris. Jſtis oībꝰ cōcurrētibꝰ
vl̃ aliquo eoꝝ tūc lucrū acceptū de mutuo
nō dꝫ illi reſtitui h̄ paupibus diſpēſari: dū/
mō notū ſit mutuū talit̃ fuiſſe receptū. Cu
ius rō eſt: q̄꞉ tā mutuū recipiēs ꝙ tribuēs:
turpitudinē manifeſtā opati ſunt: ⁊ iō tri/
buēs lucrum meret̃ amittere: recipiēs ꝟo
mutuū tali mō meret̃ illud nō ſibi reddi:
hinc in pias cauſas eſt diſtribuendū: ⁊ de
ſilibꝰ idē eſt iudiciū. Jdē quoqꝫ dicendū ē
de dante aliq̄d alicui vt faciat teſtimoniū
falſum aut vt iniuſtā cām ſeu aduocatiōeꝫ
ꝓ eo dicat: aut iniuſtū duellū faciat ſeu io/
cū vel bellū: nil enī hoꝝ vel cōſiliū licite re
tinere pōt: niſi ꝓpter aliquā cām iuſtā reti
neat̃: puta ꝓpter ꝓpriā pauperiē ſubleuā/
dā: ⁊ hoc de licētia ſui cōfeſſoris: nec tamē
reddendū eſt danti ſic dictū eſt: ſed paupi/
bus ē erogandū: eo ꝙ cū vtriuſqꝫ culpa ſit
datū ſempqꝫ ſubintelligit̃ qñ nō ſit ſubſe/
cutus effectus iniuſticie in iniuriā alteriꝰ.

Secūdo ꝟo res acq̄rit̃ nō ſolū cū dātis C
⁊ accipientis culpa ſed etiā cū iniuria alie/
na: ⁊ tūc regularit̃ tenendū eſt ꝙ quicq̄d ī
iniuriā vel damnū alteriꝰ dat̃ eidē iniuriā
paſſo reſtitui dꝫ tñ diuerſimode. Ad cuius
euidentiā ſciendū: ꝙ aliq̄d dari pōt tripli/
citer cū alterius iniuria. Primo nāqꝫ dari
pōt cū iniuria vniꝰ vtputa cū vxor alicuiꝰ
adulteriū cōmittit ꝓpter pecuniā vel alia
dona: ⁊ tūc mulier illa ſecrete reſtituere dꝫ
eandē pecuniā vel dona viro ſuo. Nimirū
cum etiam dotē ex hoc perdat que ſm iura
viro eſt applicanda: vt patet extra de dote
poſt diuortium reſtituenda. c. plerūqꝫ. vbi
dicit̃: Si mulier ob cauſam fornicatiōis iu
dicio eccleſie aut ꝓpria volūtate a viro re/
ceſſerit nec recōciliata poſtea ſit eidem: do/
tem vl̃ dotaliciū repetere nō valebit. Por/
ro ſi mulier aliqua ſoluta ſciēter pecuniā ꝓ
adulterio recipit ab alterius marito: tunc
talis pecunia reſtitui debet vxori in cuius
iniuriā data eſt. Si inquā tam vir ꝙ muli/
er aſtricti matrimonio ꝓpter pecuniam in
adulteriū cadūt: qui pecuniā recipit obli/
gat̃ ſatiſfacere ꝑ reſtitutionē ꝓprio cōpa/
ri qui plus iniuriat̃ compari ſuo ꝙ alieno
licꝫ in hoc vterqꝫ iniuriā patiat̃. Si deniqꝫ
q̄s hominē occiderit ꝓ pecunia debet illā
heredibꝰ interfecti reſtituere. Secūdo pro/
inde pōt recipi cū iniuria pluriū: vt exem/
pli grā: ponamꝰ caſus. Et ꝓmo de officiali
cōitatis vel alicuiꝰ dñi cui ſi certū ſalariuꝫ
ꝓ admīſtratiōe ſui officij ſtatuat̃: ⁊ nihilo/
minꝰ cōtra ſtatuta dñi ſui ſeu cōitatis aliq̄
recipit: tūc ipi dño vel cōitati reſtituere de/
bet: eo ꝙ in eius iniuriā talis pecunia rece
pta eſt: vtputa ſi dñs vel communitas emat
totū frumentū terre ſtatuēs ꝑſonas q̄ ipm

frumentū vendāt certo ꝑcio ⁊ non plus: ⁊
vendētibus ſalariū ſufficiēs cōſtituens: ſi
tūc ꝯtra ſtatutū augēt preciū hoc retinere
nō poſſunt: ſed ipſi domino vel cōmunitati
reſtituendū eſt: qꝛ rei vendite dominꝰ erat
⁊ ꝑ ꝯſequēs ei lucrū ⁊ damnū ꝓuenire de/
bet: ſi tñ tales vendētes aliquid reciperēt
cōtra iuſticiā vel vltra iuſtū ꝑciū: tūc emē/
tibus eſſet reddendū: ſecus tñ eſſet ſi tm̄ li/
mitaret ꝙ nō minꝰ daret. Exempli gratia:
trado librū vel veſtē ad vendendū ꝓ decē
libris: alter vero vendit pro. xij. datqꝫ mihi
decem libras: ꝓ ſe vero reliquas tenet. Hoc
enī facere pōt ſi ſimpliciť volebā decē reci/
pere ⁊ nō plus: nec vendēs erat a me ſala/
riatus. Ratio aūt diuerſitatis eſt: qꝛ ven/
dens frumentū eſt merus nūcius habēs a
dño limitatū mandatū nō vendendi plus
vel minus ⁊ hoc cōiter iurat: venditor aūt
iſte mādatū habet nō vendendi minus vñ
rem q̄ſi ꝓ vendita habet: ꝓpterea in toto
intentionē meā implet dans rem ꝓ precio
a me ſtatuto: ſꝫ nō habet mādatū ꝙ nō ac/
cipiat plus ſi habere pōt: ſecus tñ ſi ꝓmiſ/
ſo ſalario intēderim illud accipe quicquid
a re vendita poſſet hr̄e. Secūdo pono caſū
ꝙ aliq̄ auaricia ducti ꝑ fraudē: aliū indu/
cant ꝙ monaſteriū intret: tūc licꝫ eiꝰ bona
in iniuriā monaſterij ſint accepta: tamē q̄a
in hoc defraudanť q̄ poſt illū erant potio/
res: ideo eiſdem reddi debent: vt pꝫ exp̄ſſe
xx. q. iij. c. cōſtituit. ⁊ de ſilibꝰ eadē prudēs
lector ſyllogiſare pōt. Tertio deniqꝫ res
acq̄ri pōt cū iniuria eccľie tm̄ ⁊ non alteriꝰ:
vt cū q̄s ꝓcurat ſimoniace bñficiū aliqđ:
hoc enī fit ī iniuriā eccleſie ⁊ derogationē:
⁊ ſic eidem reſtituēda eſt: vt plane patet ex̄
de ſimo. c. de h̄ aūt. Si vero pecunia data eſt
ꝓ ingreſſu monaſterij: danſqꝫ velit ī meliꝰ
vitā mutare. ſ. eundo ad aliā religionē vel
monaſteriū vite ſanctioris: ſi nō poteſt ſine
auxilio pecunie vel alteriꝰ rei dare hoc im/
plere: eidem reſtitui debet q̄ ſimoniace de/
dit vt aliud monaſteriū intrare poſſit: vt q̄
habet onus habeat ⁊ emolimentū: vt patꝫ
extra de ſimonia. c. veniēs. ſi tñ talis in ſe/
culo remanere vellet: ſibi reſtitui non de/
beret: ſed in pias cauſas extra monaſteriū
illud eſt diſpenſandū: ſed de hoc latius ſu/
perius dictū eſt in ſermone. vj. de ſimonia.
Deniqꝫ de his qui accedūt ciuitates infi/
deliū tpe guerre vel treuge cū mercibꝰ ꝓhi
bitis: ſatis patet in quadā extrauagāti Ni
colai pape. iiij. que incipit: olim. Et in oua/
ta ſunt eadē in extrauagāti Bonifacij pa/
pe: que incipit: cōtra illos. ſilr ⁊ Clemens
v. in ſua: que incipit: multa. in quibꝰ extra/
uagañ. p̄ter alias penas diuerſas inflictas
indiciť ꝙ ab excōicatiōe nō poſſunt abſol/
ui niſi tantū de bonis ꝓprijs in ſubſidium
terre ſancte dederint quātū ad ꝑtes infide
liū miſerūt: a ſolo quoqꝫ ſummo pontifice
p̄terꝙ in mortis articulo abſolui poſſunt:
vide de hoc aliquid breuiter annotatū in
ſūma Piſani in vbo: ſaracenus. Ad lau.

## Quid reſtitui debeat ⁊ de debito iniuſte acquiſito vel detento ac de mltiplici turpi lucro: Ser. LIX

## On furtum facies:

n Exo. xx. Quarto p̄ncipaliter vi/
dendum eſt quid reſtitui debeat.
Pro quo ſciendū ꝙ ſm Sco. in. iiij. di. xv.
nō ſolū teneť q̄s ad reſtituendā rem abla/
tā et etiā vſum rei: ſed inſuꝑ oīe intereſſe
⁊ fructū de re ꝑceptū: ſi ſaltem eſt res ex ſe
fructifera: nō tñ fructū q̄ ex induſtria vten
tis illa re ꝓuenire ſolet. Ex quo ſequiť ꝙ
lucrū acq̄ſitū ex pecunia fenebri ꝑ iuſtas
mercātias nō teneť fenerator reddere: ali/
oquin is q̄ tale lucrū ꝑciperet iuſte poſſꝫ eſſe
vſurariꝰ de ſua pecunia fructū ex alteriꝰ in/
duſtria ꝓuenientē recipiēdo. Et idē dicen/
dū eſt de his q̄ ſunt acq̄ſita ꝑ maleficiū vel
q̄ſi ⁊ de ſilibꝰ. Pro quo ſciēdū: ꝙ quedā
ſunt q̄ habēt vſufructū: cuiuſmodi ſūt res
quaꝝ vſus nō eſt eaꝝ cōſumptio vel deſtru
ctio: vt domus agri ⁊ ſilia. Si quis ḡ talē
rem ꝑ vſurā extorſerit: tunc non ſolū teneť
ad reſtituendū ipſam rem: ſed etiā fructus
ꝑceptos: deductis tñ laboribꝰ ⁊ expenſis
rōnabilibus. Ratio eſt: qꝛ tales fructꝰ ſunt
fructus rerū quaꝝ alius eſt dñs. Quedaꝫ
vero ſunt res q̄ nō habent vſumfructū p̄nci/
paliter ſicut pecunia: qꝛ lucrū de pecunia
ꝓueniēs nō eſt fructꝰ pecunie ſed humane
induſtrie ⁊ laboris. Hinc ille q̄ eſt dñs ſue
induſtrie ⁊ laboris lucrū qđ ex mercatiōe
iuſta acquiſiuit de pecunia ꝑ vſurā extorta
reſtituere nō teneť: ex quo tñ pecuniā alte/
rius p̄ter ipſiꝰ volūtatē abſolutā detinuit:
ſi alter cui reſtitutio faciēda eſt ex hoc ali/
qđ damnū incurrit: hoc ſibi teneť refunde
re cū reſtitutiōe vſure vel maleficij ⁊ hoc ī
integrū: nō tñ teneť reſtituere lucrū omne
qđ alter ſperabat ex eadē pecunia ſe cōſeq̄
qꝛ pecunia de ſui natura nō hꝫ ꝑtē ſic mul/



te res alie: ſꝫ de h̄ faciet ad arbitriū probi ⁊
expti viri ſm diuerſas circūſtantias cōcur
rentes. Hoc idē ſentit Tho. ſcđa 2e. q. lxij.
Ad maiorē tñ euidentiā ſciendū: ꝙ tri/
plex inueniť debitū ad cuiꝰ obligatōēꝫ q̄s
obligať. Primū dici pōt iniuſtū: eo ꝙ in/
iuſte eſt habitū ſiue detentū: pro quo talis
regula dari pōt. Omne alienū qđ alteri de
iure debeť ſiue licite ſiue illicite ſit habitū
reſtitui debet. Ex qua regľa trahiť ꝙ qua/
druplex alienū reſtitui debet. Primo oīe
alienū licite acq̄ſitū ſed nō detentū: vt ſūt
oīa mutua: a cōtracta debita iuſte ꝓmiſſa
depoſita ⁊ ſilia. Secūdo oīe alienū nō lici
te acquiſitū cuiuſmodi ſūt vſure: furta: ra/
pine reſtituere teneť: non tñ teneť ad plus
reſtituēdū ſm Alex. Lomb. Tho. ⁊ Ray.
etiā ſi talis iniuſte detētor ex tali re nego/
ciatus fuiſſꝫ: aut p̄dia emiſſet ⁊ fructꝰ ꝑce/
piſſet: ⁊ h̄ maxie ꝓpter tria. Primo: qꝛ tale
lucrū nō eſt fructꝰ pecunie ſed hūane indu
ſtrie actus ac poſſeſſio ſic empta eſt emētis
nō eius a quo fuit accepta pecunia ꝑ vſurā
vel maleficiū: licꝫ ſit illi debite obligata.
Secūdo: qꝛ cū ius pecunie ꝑ vſuras extor/
te vel poſſeſſiōes inde empte ſemꝑ de iure
currat ad ꝑiculū vſurarij ⁊ inamiſſibile ſit
ei q̄ vſurā ſoluit: hinc eſt ꝙ totū lucrum ex
tali capitali inamiſſibili ꝓcedens ei cui ſo/
luta fuit pecunia mō vſurario prouenirent.
Tertio: qꝛ ſi talis vſurariꝰ cū eadē pecunia
nihil lucratus fuiſſet nō tenereť niſi ad id
qđ ex vſuris ad eū ꝑuenit: verū eſt tñ ꝙ ſi
res vſuraria fuerit ex ſe fructifera: tūc fru/
ctus ille cederet illi q̄ ſoluit vſurā. Similiť
ſi vſurā ſoluēs ex hoc damnū paſſus eſſet:
qđ tñ damnū ſm Alex. Lomb. dupliciter
ꝓuenire pōt. Primo ꝑ ſe ⁊ directe: vt qñ ꝓ/
pter pecuniā ꝑ vſurā ſublatā damnū paſ/
ſus eſt: qꝛ ex ea ſibi neceſſaria volebat eme/
re ꝓ ſuſtētatiōe nature: vel debita ſiue em/
pta ſoluere: qđ qꝛ nō potuit neceſſario poſ/
ſeſſiones vendidit: aut aliam pecuniā ſub
vſuris accepit vel domū ſuā viliꝰ vēdidit:
aut aliā cōduxit: ⁊ ſic de alijs: ⁊ tūc vſura/
rius indiſtincte totū damnū teneť reſtitu/
ere. cōcor. in h̄ Tho. Rich. Sco. ⁊ Ray. Rō
huiꝰ eſt: qꝛ damni illiꝰ cām efficacē dedit.
Secūdo ꝑ accidēs ⁊ indirecte: vt qꝛ nō eſt
ꝯſecutꝰ lucrū qđ ex pecunia intēdebat vel
ꝯſequi potuiſſet: ſed tale damnū reſtituere
non teneť niſi eo mō q̄ tactū eſt ſ. Tertio
p̄ncipaliť reſtitui dꝫ oīe licite acq̄ſitū licꝫ
nō detentū qđ alteri debeť: cuiuſmodi ſūt
res date ī vltima volūtate ad diſpenſandū
paupibus: vľ recōmēdate ad ꝯſeruādū ad
q̄ſcūqꝫ pias cauſas. Itē inſtrumēta vľ char
te ſcribaꝝ: aut teſtamēta alioꝝ ac libri mer/
catoꝝ ⁊ ſilia: ſic etiā reſtitui debent decime
tributa vel exactiōes debite ⁊ honeſte: iux̄
illud Math. xxij. Reddite q̄ ſunt ceſaris
ceſari: ⁊ q̄ ſunt dei deo. Silr ⁊ Paulus ad
Roma. xiij. Reddite omibꝰ debita: cui tri/
butū tributū: cui vectigal vectigal. ⁊ ſeq̄ť:
Nemini quicq̄ꝫ debeatiſ niſi vt ⁊c. Quar
to reſtitui debet oīe nō licite acquiſitū qđ
alteri debeť: ſic ſunt bona q̄ ſuccedūt alijs
de vſuris: furtis: rapinis: ſimonijs ⁊ ſic de
alijs: qꝛ licꝫ talia nō ſint ꝑ eos illicite acq̄ſi
ta ⁊ impie: tñ qꝛ ad eos iniuſte res ille ꝑue/
nerūt: quodāmō plus q̄ꝫ hi q̄ mala illa acq̄
ſierūt reſtituere obligant: cū bona illa ad
eos trāſire videanť cū onere pctōꝝ ſuoꝝ ⁊
ſepe cum obligatiōe diuerſarū ꝓmiſſionū.
Querūt tñ Io. an. ⁊ Hoſti. necnō ⁊ alij plu
res: ex̄ de vſur. in. c. tua nos. vtrū heredes
tales reſtituere teneanť ex ꝑſona illoꝝ q̄bꝰ
ſuccedunt: an ex ꝑſona ꝓpria: ⁊ rñdent ꝙ ſi
tales in extremis penitētes ⁊ abſoluti de/
ceſſerūt: reſtituere debēt ex ꝑſona illoꝝ: ſi
vero ſecus tūc ex illa ꝓpria reſtituere debēt:
⁊ hoc de eo tm̄ qđ ad eos ꝑuenit: nā vt diť
ibidē glo. teneneť filij ꝓ parētibꝰ: ꝓ heredi
taria portiōe. Similiť ⁊ illi ad quos bona
vſurarioꝝ ꝑuenerūt: vt dr ī textu. Secū/
dū vero debitū qđ reſtitui debet dici poteſt
turpe lucrū. Pro quo ſciendū: ꝙ turpe lu/
crū multiplex eſt. Nā p̄mo diciť turpe lu/
crū oīs ludus alee: id eſt qui inniťiť fortu/
ne: vnde qualiť oīs talis ludus ē ꝓhibitꝰ
ſm leges: ⁊ quō obligat ad reſtitutionē di
ctū eſt ſupra. Secūdo turpe lucrū diciť qđ
acq̄riť ꝑ ea q̄ puniunť a ciuili iure ſola pe/
na infamie: ſic ſunt hiſtrionatus: exercitiū
illoꝝ qui pugnāt in arena ſiue in duello ac
meretriciū lenociniū ſolutarum ꝑſonaꝝ: et
taliť acquiſita retineri poſſunt in vſum ac/
quirentiū: excepto qđ dictū ē ſupra de me/
retricio ⁊ lenocinio. In aliquibus caſibus
tamē cōſulendū eſt p̄dictis ꝙ ſi talibus lu/
cris ſupeſſe poſſūt vt eadē diſpēſent ī pias
cauſas. Tertio turpe lucrū dici pōt quod
acquiriť in torneamentis: eo ꝙ ludus ille
ꝓhibitus ē: vt extra eo. ti. ꝑ totū: ⁊ de hoc
idem eſt iudiciū: qꝛ māmona iniq̄tatis eſt.
Quarto turpe lucꝝ dici pōt vſura mētalis
de qua etiā dictū ē ſupra. Quīto turpe lu/
crū vocari pōt oīs illicita mercātia: ſiue ex

intentione vtpote ꝑpter cupiditatē: qꝛ ſm Aluarū vendere charius ꝙ emat cupiditatis cā dicit turpe lucrum: hoc etiā plane patet. xiiij. q. iiij. c. quicūqꝫ tpe meſſis: ſiue etiā ex pſona: qꝛ clericis ē interdicta: vt ex̄ ne cle. vel mona. c. j. et in clem̄. de vi. ⁊ ho. clericoꝝ. c. dioceſanis. lxxxviij. diſt. negociatorē: ſiue ex tpe qꝛ ſm quoſdā turpe lucrū ē qn̄ fit tpe interdicti ⁊ feriato: extra d̄ fer. c. j. ⁊ fi. ſiue etiā ex loco: qꝛ ſm quoſdaꝫ mercari ⁊ lucrari in ſacris locis ē turpe lucrū: vt. lxxxviij. diſ. c. eijciēs: qd̄ capitulū aliq̄ text⁹ habēt. Itē facere vel vendere fucamēta ⁊ ſilia quib⁹ vane mulieres iniuſte ſe ornāt. ⁊ etiā quecūqꝫ alia ꝓhibita p legē diuinam vel humanā: aut p iniuſta ſtatuta ciuitatū. Et generalit̄ lucrū acquiſitū ī caſibus nō cōceſſis: ſicut lucrū aduocatiōis vel medicine ⁊ ſimiliū in caſib⁹ nō cōceſſis vt ex̄ de poſtulan. p totū. Tale ergo lucrū omniū p̄dictoꝝ ſm quoſdaꝫ eſt paupibus diſpenſandū: licꝫ de rigore iuris ad h̄ non teneant̄: qd̄ tamen maxime tenendū eſt qn̄ tali lucro ſupeſſe cōmode poſſūt: qꝛ māmona iniq̄tatis eſt. Preterea de his q̄ lucrant̄ aliq̄s in emptiōibus venditiōibus ac alijs cōtractibus p mendacia plurā circūuentiones falſas cōmixtiōes ⁊ ſilia generalit̄ q̄ri pōt: vtrū qd̄ cōiter in cōtractib⁹ aliquid diminuit vel excedit iuſtū p̄ciū ſit illi⁹ ſm deū a q̄ fuit illicite acq̄ſituꝫ aut reſtitui ſit neceſſariū. Ad hoc dicendū ſm Heral. obdoſi. ⁊ alios doctores: ꝙ nō omīs exceſſus ſeu diminutio iuſti p̄cij eſt illi⁹ a quo ē habit⁹ ⁊ acceptus: nec vendicari pōt a dante: qꝛ nō aufert ius adinuicē cōtrahēdi. xiiij. q. v. c. non ſane. ⁊ hoc quadruplici rōne ꝓbari pōt. Primo rōne pacis ⁊ ſalutis: qd̄ enī ex cōſenſu ac cōmuni ſtatuto ac ꝓ vtilitate cōi oīm procedit: ex ip̄o robur ⁊ equitatem obtinet cōmunis iuris: ſed cōis cōſenſus ac recta ratio diſcretaqꝫ cōſuetudo vult: ꝙ nō oīs exceſſus in talib⁹ reſtitui ſit neceſſariū: tū qꝛ ſic expedit paci tempali: nā al's infinite querimonie ⁊ litigia ex huiuſmodi orirent̄: tū etiā ſaluti ſpūali oīm: qꝛ cū difficillimū ſit ab hmōi exceſſib⁹ contractuū ſe totalit̄ depurare: ⁊ maxime ī hominib⁹ impfectis lucris inhiātib⁹ ex quib⁹ ⁊ in q̄b⁹ maioꝛ ps hominū conſiſtit piculoſiſſimū omniū eſſꝫ ſi nihil hmōi exceſſuum ſibi vendicare ⁊ retinere liceret. Hinc dicit Sco. in. iiij. diſt. xv. ꝙ equalitas cōmutationū ⁊ contractuū non cōſiſtit in indiuiſibili medio: ſed in illo medio qd̄ cōmutatiua iuſticia reſpicit magna eſt latitudo: ⁊ inter illam latitudinē nō attingendo punctū indiuiſibilē equiualētie rei ⁊ rei in quocūqꝫ gradu citra extrema fiat iuſte fit: quia quo ad hoc cōmutantes ⁊ cōtrahētes indiuiſibile mediū attingere q̄ſi impoſſibibile eſſet que latitudo medij patere pōt p̄mo ex lege poſitiua que ꝯtractū reſcindit qn̄ ꝯtrahēs decipit̄ vltra medietatē iuſti p̄cij: nihilominus tn̄ infra illud ſi ex aliquo appareat iniuſticia ſm ꝯſcientiā reſtitutio correſpondens fieri debet. Secūdo ex conſuetudine approbata ex qua relinquit̄ q̄nqꝫ ip̄is commutantibus vt penſata mutua neceſſitate: reputāt ſibi dare mutuo equalēs hincinde ⁊ accipere: durū eſt em̄ inter homies ꝯtractus eſſe in quib⁹ ꝯtrahētes nō intendant aliquid de illa indiuiſibili iuſticia remittere ſibi mutuo vt ꝓ tanto omnē cōtractū aliqua donatio cōcomitet̄: hec Sco. Secūdo rōne diuine cōdeſcēſionis: ꝓuidentia nāqꝫ dei poſt lapſum ꝓthoparētis in plurib⁹ humane infirmitati cōdeſcēdit: nec exigit ab ea quicq̄d eſt pfecte ac rectiſſime equitatis vn̄ recta ratio docet: ꝙ aliter regendus eſt ac ducēdus infirm⁹ ac aliter ſanus: ⁊ ex h̄ eſt ꝙ deus in homīe lapſo nō imputat oīne vitiū ad mortale peccatū: cū tamē ſm Bonauen. in. ij. diſt. xxj. et ſm alios doctores cōiter. Adā in ſtatu innocētie peccare non poterat niſi mortaliter: tamē ꝑpter pfectionē ſtatus ⁊ regulā rectitudinis in q̄ poſitus erat: a qua etiā cū nullū haberet impellens exire nō poterat: niſi diuinā iuſticiam cōtemnēdo ſuā innocentiā ſedādo ⁊ naturam ſuā corrūpendo: que oīa faciūt primā culpā ade nō venialem ſed mortalē fuiſſe: nec aliter eſſe potuiſſe. Nūc autem veniale peccatū eſt ꝑpter impulſionē ⁊ ꝓnitatē quā homo habet ad illud: ſed p̄mus homo nullū habuit impulſuꝫ: quia in eo nullus erat motus brutalis ſed ſm deliberationē: peccatū autē cōmiſſum cum deliberatiōe rationis vbi nulla eſt ꝓnitas: nō poteſt eſſe niſi mortale. Sed ad cepta redeamus: cōſtat autē ex diuina ſcriptura: ꝙ rapina ac furtū ac oīs deliberata vſurpatio rei aliene inuito domino ē mortalis culpa: ergo exceſſus in huiuſmodi p̄cijs nō eſt ſemp rapina furtum vel vſurpatio rei aliene. Tertio rōne mutue cōcordatiōis: quia ꝓpria forma ⁊ rō cōmutatiui ꝯtractus: ex vtriuſqꝫ ptis libero ac pleno cōſenſu incboatur ⁊ rectificat̄: ita ꝙ emptoꝛ ſibi vult plus rem emptam ꝙ̄ p̄ciū eius: ⁊ ecōtra venditoꝛ p̄cium: vterqꝫ etiā ex pleno conſenſu intēdit alienare a ſe ꝓpriū dominiū rei ſue: id eſt in alterū totaliter trāſferēdo: ⁊ ſi ī aliquo defraudat̄ citra tn̄ exceſſum enormē lege diuina vel humana ꝓhibitū: vult tn̄ nihilomin⁹ ꝯtractū eſſe firmū: ⁊ ſicꝫ totū abſqꝫ p̄cio donare potuit: ſic pro minori precio vendere potuit. Quarto rōne hūane eſtimatiōis q̄ quideꝫ incerta ē ad mere iuſta p̄cia ꝓtaxāda: ac ad p̄ciſe diſcernendū exceſſus ⁊ defectus iuſti p̄cij: ꝑpter hoc licꝫ in aliquo p̄ciū minuat̄ vel excedat: nulli tn̄ ꝓprio vel cōmuni iudicio cēſeri debet ꝓ enormi exceſſu: niſi reſpectu iudicij nr̄i recederet a moderātia iuſti p̄cij ſub cōpetēti latitudine mēſurādi. Sed obijciat aliq̄s: ꝙ quicq̄d in ꝯtractib⁹ ē illicitū ⁊ peccatū ꝯtra diuinū eſſe videt̄: ⁊ ſic nullū robur ab eo obtinere meret̄: imo poti⁹ oppoſitū: ꝑpter qd̄ null⁹ illicit⁹ exceſſus p̄cij pōt a iure diuino acq̄ri peccāti in illo. Ad hoc dicendū ſm Bern̄. in tractatu de reſtitutiōe: ꝙ in hmōi cōtractibus p̄cipue duo ſunt cōſiderāda ⁊ attēdenda. Primū ē intrinſeca affectio ꝓ quāto vult ſciēter in ꝓximū aliquā inequalitatē: vt. ſ. in hmōi cōtractib⁹ meliorē ptē habeat ꝙ̄ ꝓxim⁹: et ꝓ tanto aliq̄d habet de iniuſticia: q̄ ſi non eſt mortalis ſufficit aut p ꝯtritionē aut per penitētialem ſatiſfactionē aut p purgatorij ignē ſicut ⁊ cetera venialia expiari. Secūdū eſt extrinſeca actio mercantie: q̄ licꝫ ſm veridicā eſtimationē p̄cij ſui contineat aliquātulū inequalitatē: in reſpectu tn̄ ad cōe ſtatutū ⁊ ad cōdeſcēſiuā dei legē ⁊ ad liberū cōſenſum ꝯtrahentiū: nō habet inequalitatē ſed poti⁹ benignā ⁊ cōceſſoriā equitatē: et ideo q̄tū ad hoc tā diuino ꝙ̄ hūano iure: robur optinet firmitatis: al's enī oīs hmōi illicit⁹ exceſſus p̄cij eſſet in acq̄rētib⁹ culpa mortalis: qꝛ eſſet vſurpatio rei aliene in quātū aliene: teneret̄ etiā q̄libet omnē talē exceſſum reſtituere: ⁊ ſic oīs q̄ hic nō reſtituerēt dānarent̄: qd̄ eſſꝫ duriſſimū ac p̄ſumptuoſū affirmare: licꝫ ꝑpter prauitatē affect⁹ inclinati ad tpalia: ac ꝑpt̄ prauitatē taliū cōmutationū ſecurius ac iuſtius eſſet: omnē talē exceſſum ſcienter ꝑpetratū ſi alicui⁹ quātitatis appciabilis eſſet reſtituere defraudatis: aut ꝓ aīab⁹ illorū pauperibus erogare ſi parui valoris eſſet: qꝛ in hoc plus pficeret fraudato niſi ⁊ ip̄e graui inopia laboraret. Verūtamē qd̄ falſis menſuris regulis vel ponderibus iniuſte acq̄ſitum ē reſtitui debet: ſi fuerit alicui⁹ quātitatis appreciabilis: aut ſi parui valoris paupibus erogari. Ad laudē dei.

## Quid reſtitui debet rōne erroris cōdemnatiōis incertitudinis ⁊ donationis: ac p quem fieri debet incertoꝝ reſtitutio: Sermo LX

## Non furtum facies:

Exod. xx. Habito in ſermone p̄cedenti de duob⁹ generib⁹ debitorū ad reſtitutionē obligantiū. Iā ꝓſequēdum eſt de tertio genere debitorū: qd̄ dici pōt lucrū illicitū ſeu alienū: ad qd̄ reſtituendū obligat̄ q̄s quadruplici rōne. Primo rōne erroris ꝓ q̄ talis regula dari pōt: A
Oīne acq̄ſitū a dante p errorem: pſone cui dat̄ reſtitui debet. Pro quo ſciendū ꝙ triplex ē erroꝛ ad reſtitutionē obligās. Primus ē erroꝛ pſone cū. ſ. dat vni credēs dare alteri: tūc em̄ reſtituendū eſt danti vel ei ad quē dantis intētio ferebat̄: ſicut ſepe cōtingit ī improbis q̄ſtorib⁹ de quib⁹ vide ſ. Secūdus ē erroꝛ fortune: vt qꝛ credit dare paupi ſed diues ē cui dat̄: tūc etiā nō trāſfert̄ dominiū in recipiente ſm Sco. in. iiij. qꝛ nō eſt ibidē in dante volūtariū ꝑpter cōditionis ignorantiā quā reſpicit in dando vt patet ſupra: vbi agit̄ de q̄ſtorib⁹. Terti⁹ eſt cōditionis apposite: vt qꝛ credit eū miſſam celebraturū vel tricēnariū facturū ⁊ nō facit: tūc enī ſi receptori cōſtat de p̄ciſa intētione dantis: ꝙ ſcꝫ aliter nullo modo dediſſet: ſm quoſdā obligat̄ ad reſtituendū vel ad ſupplendū p ſe vel p aliū ſm dantis intentionē. Ratio hui⁹ eſt: quia cum res in iſtum nō tranſeat niſi eo modo quo dans intendit traſferre: ſi cōditio nō eſt: in ipſuꝫ res tranſferri nō pōt. Alij ꝟo dicunt ꝙ ex quo illi pſone ſimpliciter dat ⁊ dare intendit: q̄uis nō ſubſit cā ꝑpter quā dare intendit: nihilomin⁹ donatio manet: niſi cauſa illa nō ſolū eſſet cā motiua vel finalis: ſed etiā conditio dandi: vt ſit ſenſus: do tibi ſi tu es bonus vel ſi facis hoc: aliter nō: hoc ꝓbant p ſimile: vt ſi quis dat alteri centuꝫ libras: quia credit ipſuꝫ amicū ſuū ⁊ tamē non eſt: tūc non tenet̄ reſtituere niſi dans adderet cōditionē: ſcꝫ do tibi ſi tu es amicus meus: et illius opinionis fuit Heral. obdoſi. Sed p̄mi dicunt hoc nō eſſe ſimile:

qꝛ in ꝑmo caſu dans intendebat dare deo
⁊ cultui eius potius ꝙ̄ homi: ꝑ hoc inten/
dens ꝓcurare bona ſpūalia a quibꝰ inin/
ſte fraudaꝫ. Hinc ſm Inno. ⁊ Hoſti. Hypo
crita qui multa ſub nomīe viri boni ꝗſiuit
obligaꝫ reſtituere: qꝛ ꝑ fraudē adeptus eſt
vel ſaltem paupibus diſtribuere. Secūdo
obligaꝫ ad reſtitutionē rōne cōdemnatio/
nis: qꝛ ſic fur ⁊ cōſimiles nō tm̄ teneñ re/
ſtituere ablatū: ſed etiaꝫ cōdemnationē ex
illo debitā. Pro quo talis regula dari po/
teſt. Omnis pena a iudice iuſte ſentētiata:
ſub debito reſtitutiōis eſt ſoluēda: ex qua
cōcludiꝫ ecōtrario ꝙ nō eſt ſoluēda qn̄ nō
eſt ſentētiata: nec anteꝙ̄ eſt ſentētiata: niſi
ex cauſa aliqua deberetꝫ: aut niſi iure ſim/
pliciter eſſet ſtatutū eam ſolui licꝫ nō eſſet
ſentētiata: nā cōiter pene iuris poſitiui nō
intelliguntꝫ eſſe ſimpliciꝫ inflicte: ſed ſolū
ordinate: vt ꝑ iudices ordine iudiciario in
fligantꝫ: alꝫ ꝗlibet homicida quātūcunꝙ
occultus mortaliꝫ peccaret nō reſtituendo
curie omīa ſua: ⁊ nō offerendo ſe iudici ad
ſupplicīū qḋ homicide leges ſtatuunt. Et
ſm Ray. in hoc caſu pena vnius non libe/
rat aliū: vt patet. xij. q. ij. cum deuotiſſimā.
B Ad maiorē tamē euidentiā ponuntꝫ ca/
ſus de homicida: in quo primo contingere
poteſt ꝙ facto homicidio nō capiaꝫ nec etiā
bona ſua: ⁊ tūc talis licite fugere pōt: ⁊ bo
na ſua alibi aſportare ac alienare ꝙ̄diu cō/
tra eum ⁊ bona ſua nō fuerit ſentētia data.
Secūdo vero cōtingere pōt: ꝙ ipſe capiaꝫ lꝫ
nōdum ꝯtra eū ſentētia data ſit: ⁊ tūc dicit
Anthoniꝰ de butrio: ꝙ ſi peccatū eiꝰ nō eſt
occultū nō peccat fugiēdo: qꝛ nulli dicen/
dū eſt ꝙ ſe ꝓdat. Si vero manifeſtū eſt: tūc
mortaliꝫ peccat fugiendo: ꝓ hoc facit glo.
diſt. j. in. c. ius gentiuꝫ. ꝗ dicit illū peccare
captiuū qui fugit a dn̄o ſuo ſi bellū eſt iu/
ſtū: porro licꝫ fugiēdo peccet: ſe tn̄ reſtitue/
re nō obligaꝫ: qꝛ cōtra eum nōdum ſenten
tia lata eſt. ff. de dona. l. poſt cōtractū: et. l.
donatiōes. §. vltīo. Tertio deniꝙ cōtinge/
re pōt ꝙ nō ſolū capiaꝫ ſed etiā cōtra eum
iuridice ⁊ ꝯtra oīa bona ſua data eſt: ⁊ tūc
nec ſe defendere nec fugere pōt nec etiā bo
na ſua a manibꝰ iudicantis alienare: qḋ ſi
fecerit: oīa bona ſua reſtituere obligaꝫ: et
alij ſilr ꝗ eadē auferrēt. Hinc apl's ad Ro.
xiij. ait: Qui poteſtati reſiſtit dei ordinati/
oni reſiſtit ⁊ ſibijpſi damnatiōeꝫ acꝗrit: nec
etiā poſt ſentētiā mortis in eū iuridice da/
tam pōt mortē inferenti reſiſtere: quia licꝫ
hō naturaliꝫ inclineꝫ ad reſiſtendū inferē/
tibus ei mortē: tn̄ qꝛ data eſt illi ratio vt ea
ad que natura inclinat non paſſim ſed ſm
ordinē ratiōis executiōi demādet: ꝓpterea
nō oīs defenſio ſui eſt licita ſed ꝗ fit cū de/
bito moderamine rōnis: ⁊ hoc ſentit Bal.
de peruſio: īmo quidā credūt ꝙ ſi iuſte cō/
demnatꝰ ad mortē fugit: ſeipm̄ in manꝰ iu/
dicis tradere teneꝫ: Pro hoc facit glo. in
c. paſtoralis in clemē. de ſen. ⁊ re iudi. ſup
verbo: ꝑ violentiā: vbi etiā cōcordāt mul/
ti doctores cū glo. ꝗ dicit ꝙ ſi captiuus ad
penā vel ꝑiculū mortis relaxeꝫ: ꝑſtito iu/
ramento de redeundo ad carcerem: tunc ſi
mors eius eſt iniurioſa nō teneꝫ redire: qꝛ
iuramentū eſt ꝯtra legē nature: vt pꝫ. xxij.
q. iiij. §. vltimo. v. quiſꝗs. ⁊ de hoc pleniꝰ
patet ſupra: vbi agiꝫ ꝺ ꝑiurio. Si vero mors
eius nō eſſet iniurioſa: tūc redire teneꝫ ꝓ/
pter iuramentū: eadē enī ratiōe cogere vi/
deꝫ ſentētia iuſte lata ſicut licitū iuramen/
tū: ſi tn̄ nō iuraſſet nec voto ſe cōſtrinxiſſꝫ:
tuc ſm Pau. ſi aufugeret animo penitēdi
non peccaret nec redire teneꝫ: durū enī vi/
deꝫ ſm eundem determiare ꝙ hō ſe debet
vltroneus offerre morti etiā iuſte inflicte:
qn̄ pōt aliter ſaluari ⁊ penitere: ſecus tamē
eſt ſi nō intēdit ſe emēdare: vel ſi cōſcīa di/
ctante de ſe emendā nō ſperat: licꝫ ꝓponat:
tūc enī aufugiēdo mortaliꝫ peccat: ⁊ ad re/
deundū obligatus eſt: qꝛ magis eligere te/
neꝫ iuſte mori ꝙ̄ iniuſte viuere: vn̄ ⁊ ſe re/
dimēdo ꝑ pecuniā ⁊ ſic iudicē corrūpendo
mortaliꝫ peccat: ⁊ quicūꝙ iudex ꝓcurator
aduocatꝰ vel alius ꝑcibus muneribus cau
telis vel alijs maleficijs malefactorem in/
nat ne condemneꝫ: mortaliter peccat: niſi
ꝓbabiliter ſperaret emendā: ⁊ quicꝗd in/
de accepit paupibus eſt erogandū. Ter/
tio ꝑncipaliter obligaꝫ ꝗs ad reſtitutionē
lucri illiciti vel alieni rōne incertitudinis:
quedā enī incerta ⁊ vaga detineñ aliqn̄:
quoꝝ veri dn̄i nō inueniunꝫ: licꝫ diligēter
querantꝫ ſeu etiam oīno ignorentꝫ: ⁊ illa in
pias cauſas ſunt erogāda maxīe in alimo/
nijs pauperū ⁊ redemptiōe miſerabiliū ꝑ/
ne: tamẽ vt dicit Ambro. ſup Lucã: anima
nunq̄ a corpore vinceret̃ niſi prius a dia/
bolo teneret̃. Et infra. Sine pmiſſione dei
diabolũ nocere nõ poſſe cognoſcas: ne po/
tentiã diaboli magis timeas q̄ diuinitat̃
offenſam. Fidelis aũt deus ſ̕m apl̕um q̄ ſi
patiet̃ vos tentari ſup id quod poteſtis. ſ.
ſuſtinere: ſed faciet etiam cũ tentatione p/
uentum. Dicit inſuper Iſidorus li. iij de ſũ
mo bono: ꝙ quando diabol᷒ decipere quẽ
q̄ querit prius naturam vniuſcuiuſq̄ intẽ
dit: deinde applicat vnde aptum hominem
ad peccandum inſpexerit. Et ideo diabol᷒
viliſſimo lenoni conuenientẽr aſſimilari po
teſt. Nam leno vel adulter viliſſim᷒ ad de/
cipiendũ mulierem quamcunq̄ ſicut illam
ſubdolis adinuentionibus ꝛ blãdicijs ag/
greditur vt ad conſenſum alliciat: ſic etiaz
diabolus velut adult̃ libidinoſus animaz
primo per ſuggeſtiones alloquitur ꝛ falla
citer blanditur. Sicut Sichem blandicijs
deliniuit Dinã filiã Iacob vt legitur Ge/
neſ. xxxiiij. que triſtis erat: quia corrupta
fuit. Sic diabolus propter caſum in cõſci/
entia contriſtatus falſis ſponſionibus de/
mulcet promittens longam vitam: futurã
penitentiam diuinam miſericordiam ꝛ fi/
nem felicem. Sed multũ cauendus eſt ſer/
pens iſte lubricus et verſipellis: vtpote de
quo dicit Iſidorus libro. iij. de ſum. bono.



Diabolus ſerpens eſt lubricus: cui᷒ ſi capi
ti. i. prime ſuggeſtioni non reſiſtit̃: tot᷒ in/
terna cordis dũ nõ ſentit̃ illabitur. Hic q̄
ri poteſt vtrũ diabol᷒ põt inducere homi/
nem ad peccandũ interius inſtigando: p̄/
ſertim cum interiores motus anime ſũt q̄/
daz opera vite: ſed nullũ opus vite poteſt
eſſe niſi ab intrinſeco ꝑncipio: nec etiã op᷒
anime vegetabilis qd̕ eſt infimũ inter ope
ra vite. Ad hoc dicẽdũ ſ̕m Tho. ꝑma. 2e.
q. lxxx. ꝙ interior ps anime eſt intellectiua
ꝛ ſenſitiua. Intellectiua autẽ cõtinet intel/
lectũ ꝛ voluntatẽ. Intellectus igit̃ p ſe q̄/
dem mouet̃ ab aliquo ipſum illuminante
ad cognitionẽ veritatis: quod diabol᷒ cir/
ca hominẽ nõ intendit ſed magis rationez
ipſius obtenebrat ad ꝯſẽtiẽdũ pctõ. Que
q̄dem obtenebratio ꝓuenit ex fãtaſia ꝛ ap/
petitu ſenſitiuo: vnde tota interior opera/
tio diaboli videt̃ eſſe circa fantaſiã ꝛ appe
titũ ſenſitiuũ: quorũ vtrũq̄ cõmouẽdo po/
teſt ad peccatũ inducere: qꝛ poteſt operari
ad hoc ꝙ imaginatiue alique forme imagi
narie preſẽtent̃. Sed quo modo gr̃a breui/
tatis ſupſedeo. Poteſt etiã facere appeti/
tus ſenſitiuus ꝯcitetur ad aliquã paſſionẽ
Nimix cum dicat phus in libro de ſomno
et vigilia ꝙ amantes modica ſimilitudine
in apprehenſione rei amate mouentur. Cõ
tingit inſuper ꝙ paſſiõe concitata id quod
imaginatiue proponitur iudicetur eſſe ꝓſe
quendum: quia ei qui detinetur a paſſione
videtur eſſe bonũ ad quod per paſſionẽ in
clinatur: ꝛ per hunc modũ diabolus inte/
rius inducit ad peccandũ. Unde licet ope
ra vite ſemper ſint ab aliquo principio in/
trinſeco: tamẽ ad ea poteſt etiaz cooperari
aliqd̕ aliud exterius agẽs. Sicut etiam ad
opera anime vegetabilis calor exterior co/
operat̃ vt facilius cib᷒ digerat̃. Pro q̄ no
ta ꝙ voluntas eſt ꝓpriũ principiũ act᷒ pec
cati: quia omne peccatum eſt voluntariuz.
Que ſcz voluntas a duobus moueri põt.
Primo ab eo qd̕ interius inclinat volũta/
tẽ ad volẽdũ: ꝛ hoc nõ eſt niſi voluntas vl̕
ip̄e deus: deus autẽ non poteſt eſſe cã pec/
cati: relinquitur ergo ꝙ ex parte ſola volũ
tas hominis ſit directe cauſa peccati eius.
Secũdo vo ab obiecto: ſic̃ dicit̃ appetibi/
le apprehẽſum mouet appetituz: ꝛ obiecta
mouent potentias. Et ex hac parte põt in/
telligi ꝙ aliquid voluntatẽ moueat tripli/
citer. Uno modo ipſum obiectum propoſi/
tum: ſicut dicimus ꝙ cibus excitat deſide/

rium hominis ad cõmedẽdũ: ꝛ illo modo
res ſenſibiles exterius apparẽtes mouent
voluntatẽ hominis ad peccandũ. Secun/
do modo ille qui ꝓponit vl̕ hmõi offert ob
iectũ: vt homo vl̕ diabolus. Tertio modo
ille qui pſuadet obiectũ ꝓpoſitum homini
tanq̄ bonũ vtile: delectabile vel honeſtũ:
talis em̄ aliqualiter ꝓponit ꝓpriũ obiectũ
voluntati: qd̕ eſt rõnis bonũ verũ vl̕ appa
rens. Et his duobus modis hõ vl̕ diabol᷒
incitare poteſt ad peccandũ offerẽdo ſcili/
cet ſenſui aliqd̕ appetibile vl̕ pſuadẽdo ra
tioni. Uerũtamẽ nullo iſtox triũ modoruz
poteſt aliq̄s directe eẽ cauſa peccati: qꝛ vo
luntas nõ eſt ex neceſſitate mouet̃ ab aliq̄
obiecto niſi ab vltimo fine. Ex quib᷒ ꝯclu
dit̃ ꝙ diabolus nõ poteſt eſſe directe ꝛ ſuf
ficient̃ cauſa peccati ſed ſolũ per modũ p/
ſuadentis vel appetibile ꝓponentis: volũ
tas autẽ humana directe eſt cauſa peccati.
Et ſi obijcitur ꝙ diabolus inferre põt ne/
ceſſitatẽ ad peccandum: qꝛ dicit̃ de eo Iob
xlij. ꝙ non eſt poteſtas ſup terrã que vale/
at ei cõparari. Ad hoc dicendũ ꝙ diabol᷒
ꝓpria virtute niſi refrenet̃ a deo: poteſt q̄/
dem aliquẽ ex neceſſitate inducere ad faci/
endũ aliquẽ actũ qui de ſuo genere eſt pec/
catũ: hoc eſt poteſt aliquẽ inducere in actũ
peccati: nõ tamẽ põt inducere neceſſitatem
peccandi: qd̕ patet ex hoc: qꝛ homo non re
ſiſtit motiuo ad peccandũ niſi per rationẽ
cuius vſuz diabolus niſi refrenet̃ a deo to
taliter impedire põt mouẽdo imaginatio/
nẽ ꝛ appetitũ ſenſitiuũ: ſicut patet in arre/
pticijs: ſed tũc rõne ſic ligata q̄cquid homo
agit nõ imputet̃ ad peccatũ: ſed ſi ratio nõ
ſit totaliter ligata: ex ea pte q̄ ẽ libera pec/
cato reſiſtere põt. Uñ nulla ptãs maior ho
mine mouere põt volũtatẽ hoĩs niſi ſol᷒
deus: alioqn fruſtra diceret̃. i. Pe. vl. Ad
uerſarius veſter diabol᷒ tanq̄ leo rugiens
circũit querẽs quẽ deuoret cui reſiſtite for/
tes in fide. Nec deniq̄ om̄ia peccata hoĩm
ex ſuggeſtione diabolica ſunt. Dicit̃ enim
in lib. de eccl̕iaſticis dogmatibus: ꝙ ſi om
nes cogitatiões nr̃e male a diabolo excitã
tur ſ̕ aliq̄tiẽs ex nr̃i arbitrij motu emergũt:
ꝛ h̕ ꝓbat Origenes ex h̕: qꝛ etiã ſi diabol᷒
nõ eẽt homĩes appetitũ haberẽt cibi ꝛ ve/
nereox ac ſiliũ: q̄ poſſz iordinat᷒ eẽ niſi ra/
tione ordĩaret̃ qd̕ ſubiacet libero arbitrio
Hinc lz Dyo. dicat. iiij. c. de di. no. ꝙ multi
tudo demonũ cauſa eſt omnium malorum
ꝛ ſibi ꝛ alijs: h̕ tamen intelligitur occaſio/

naliter ⁊ indirecte: inq̃tū induxit p̄mum
hominē ad peccandū: ex cuius peccato in-
tantū viciata eſt humana natura ꝙ oēs ſu-
C mus ad peccandū ꝓclives. Secūdo que
ri poteſt vtrū fuerit cōueniēs ꝙ hō tentare
tur a diabolo: p̄ſertim cū eadē pena finalr̄
debeat̄ peccato angeli ⁊ pctō hominis: ſ̄ꝫ
illō Matth. xxv. Ite maledicti in ignē eter
num qui parat⁹ eſt diabolo ⁊ angelis ei⁹:
ſed primū peccatū angeli nō fuit ex aliq̄ tē
tatione exteriori: ḡ nec p̄mū peccatū ho-
minis eſſe debuit ex aliq̄ tentatiōe exterio
ri. Deus inſup futurū preſciebat ꝙ hō ꝑ tē
tationē demonis in peccatū deijceret̄: ⁊ ſic
bene ſciebat ꝙ homini nō expediebat ꝙ tē
taret̄. Ad h̄ dicendūꝫ ſcōm Tho. ſcōa. 2ᵉ.
q. clxv. ꝙ diuina ſapientia diſponit omnia
ſuauit̄: vt dicit̄ Sap. viij. inq̃tū ſcꝫ ſua ꝓ-
uidentia ſingulis attribuit q̄ eis cōpetunt
ſ̄m ſuā naturā: q2 vt dicit Dyoniſius. iiij.
c. de diuinis nominib⁹. Prouidentie diui-
ne nō eſt naturā corrūpere ſꝫ ſaluare. Hoc
autē pertinet ad ꝯditionē humane nature
vt ab alijs creaturis iuuari vl' īpediri poſ-
ſit: vnde cōueniēs fuit ꝙ de⁹ hominē ī ſta-
tu innocētie tentari ꝑmitteret ꝑ āgelos ma
los ⁊ iuuari facere ꝑ bonos. Ex ſpeciali au
tem beneficio grē h̄ erat ei collatū: vt nul-
la creatura exterior ei nocere poſſꝫ ꝯtra ꝓ-
priā volūtatē ꝑ quā etiā tētatiōi demonis
reſiſtere poterat. Sicut ḡ de⁹ ſciebat ꝙ hō
ꝑ tentationē in peccatū eſſet deijciēdus: ſic
etiā ſciebat ꝙ ꝑ liberꝫ ar. tentationi reſiſte-
re poterat. Sed hoc requirebat cōditio na
ture ipſius vt ꝓprie voluntati relinquere-
tur: ſ̄m illud Eccl. xv. Deus reliq̄t homīeꝫ
in manu ꝯſilij ſui: vt. ſ. ad q̄cūq; vellet ſe
verteret: nec ſine merito celeſte regnū acq̄-
reret. Vn̄ Greg. li. iiij. moral'. Ad h̄ hō poſi
tus erat in paradiſo vt ſi ſe ad cōditorē ſui
obedientiā vincl'is charitatis aſtringeret
ad celeſtē angeloꝝ patriā q̄nq; ſine carnis
morte trāſiret. Alioq̄n vt dicit Aug⁹. xj. ſu
ꝑ Gen̄. ad litteram. Nō mihi videt̄ magne
laudis futurū fuiſſe hominē: ſi ꝓpterea be
ne poſſet viuere: q2 nemo male viuere ſua-
deret: cū ⁊ in natura poſſe: ⁊ in ꝑtāte habe
ret velle nō ꝯſentire ſuadēti. Cū igit̄ ꝯue-
niens erat ꝙ hō tentaret̄ a diabolo: ac hō
ꝯſtitut⁹ dinoſcit̄ vl' cōpoſit⁹ ex duplici na-
tura. ſ. ītellectiua ⁊ ſenſitiua: ideo diabol⁹
in tentatiōe homīs vſus eſt incitamēto ad
peccandū dupliciter. Uno modo ex ꝑte in
tellect⁹ inq̃tū ꝓmiſit diuītatis ſimīitudineꝫ

ꝑ ſciētie adeptionem quā hō naturalit̄ deſi
derat. Alio modo ex ꝑte ſēſus: ⁊ ſic eſt vſus
his ſenſibilib⁹ rebus q̄ maximā habēt affi
nitatem ad hominē: ꝑtim quidē in eadem
ſpecie tētans viruꝫ per mulierē: ꝑtim vero
in eodē genere tētans mulierē ꝑ ſerpenteꝫ
ꝑtim etiam ex genere ꝓpinquo ꝓponēs li
gni vetiti pomū ad edēdū. Uerūtamē hoc
intereſt inter primos parentes in ſtatu in-
nocentie: ⁊ nos: q2 diabolus minimū habu
it poteſtatis in hominem ante peccatū ori-
ginale: ideo ꝑ ſolā ſuggeſtionē exteriorē tē
tauit eū qua. ſ. immutat̄ ſola exterior cre-
atura. Nec potuit ip̄m ante lapſū interiori
ſuggeſtione tentare q2 ſuggeſtio qua ſpiri-
tualiter diabol⁹ homini aliq̄d ſuggerit ſcꝫ
interius: oſ̄dit diabolū plus habere pote-
ſtatis in homīe q̄ ſuggeſtio exterior: quia
ꝑ ſuggeſtionē interiorē īmutat̄ a diabolo:
etiaꝫ hominis fantaſia. Nec ipſa tētatio ꝓ
mis parentibus penalis fuit: q2 ſine omni
difficultate tentatione reſiſtere poterant:
nobis autē cū difficultate reſiſtentib⁹ pena
lis iudicat̄: ſed hec pena eſt ꝓ gloria dei ſi
ꝑſeuerantes in bono fuerimus. Et ſi q̄ri-
tur de motiuo diabolice tētationis. Dicen
dū ꝙ triplex eſt. Primū eſt vt p̄mum ho
minē deducat in ſubiectiōis ſue ſeruilitatē
nā qui facit peccatū ſeruus eſt peccati: ⁊ ꝑ
ꝯſequēs ſeru⁹ diaboli. Peccatū em̄ ē vni-
cū opus quod faciendū indicit diabolus:
⁊ ſic mouet̄ ex ambitiōe vt ſit rex ſuꝑ oēs
filios ſuꝑbie. Tantū nāq; laborat cū diſpē
dio ꝓprio: vt dominiū ſuū amplificet in hoc
ſeculo ⁊ in inferno: credēs etiā ab eo ſedu-
ctos in p̄nti ſue tirannidi ſubijci in futuro.
Sed ſpes eius fruſtrabitur: q2 ſola diuina
iuſticia punient̄. Secūdū eſt vt nos trahat
in malicie ſue cōformitatē: ſicut ꝑ virtutes
in diuinā ſimilitudinē transformamur: vt
ſic in nobis īpediat illā vnibilitatē cū deo
q̄ fit per gratiā in p̄nti ⁊ ꝑ gloriā in futuro
ſicut in principio ſtuduit īpedire illā vnibi
litatē q̄ facta eſt a deo in aſſūpta natura: et
ſic mouetur ꝑtim ex inuidia dei: cui⁹ ꝓpoſi
tū fruſtrare deſiderat: ⁊ ꝑtim ex inuidia q̄
mouet̄ ad hominē: cuius exaltationē ſuſti
nere nō pōt. Tertiū motiuū eſt vt homīes
trahat in penalitatis ſue dānationē ſciens
q2 ſi fuerim⁹ ſocij delictoꝝ erim⁹ ⁊ tormen-
torū. Sed q2 de appetitu demonum ad tē-
tandū ⁊ de his q̄ ꝯcernūt p̄nteꝫ materiam
diffuſe tractatū eſt in ſermonib⁹ de tribus
partibus penitētie: ꝑciſe in ſ̄mone ſecūdo



⁊ tertio: ideo de eis gratia hic breuitat' ſu-
ꝑſedeo. Ad laudē dei.

## De viſcoſo ꝓgreſſu peccatoꝝ: ⁊ de cogitatiōibus. Utrūue diabolus eas agnoſcit: ⁊ de affectiōe vel concupiſcentia: ⁊ vtrum volūtas mouetur a paſſionibus appetitus ſenſitiui: Sermo II

## Non concupiſces.

n Exo. xx. Viſo vtcunq; de blandi
cijs ſubdolis ac tētationibus dia
bol' eis: quibus allicere ⁊ illaq̄are q̄rit ani
mas hominū incaute ꝯuerſantiū. Iā de ꝓ
ceſſu earundē tētationū videam⁹. Quem
etiā tangit Archi. de pe. diſ. ij. in. c. ſic tri-
bus. Poſt ſubdolas nāq; blandicias mo-
re lenonū vl' adulteroꝝ adiūgere ſtudꝫ am
plexus: īmp̄mēs cogitatio nes ⁊ adducēs
rōnes ꝙ ſic vl' ſic facere bonū ē: ⁊ ſic ex ſug
geſtiōe orit̄ cogitatio q̄ ſcꝫ mens inuoluit
vt vix ſeſe ab eadē valeat expedire. ꝓuer.
vij. Irretiuit eū multis ſ̄monib⁹: ecce am-
plexus. Deinde ꝓcedit ad deoſculationē:
qḋ nihil aliud eſt q̄ affectio in cogitationi
bus excitata. Cū em̄ anima pctō afficit̄ tūc
a diabolo deoſculat̄. Sed hec ſunt oſcula
fraudulenta de q̄bus dicitur ꝓuer. xxvij.
Meliora ſunt vulnera diligentis q̄ frau-
dulenta odientis oſcula. Deinde vero ꝓce
dit ad venereā cōmixtionē. i. ad ꝑnicioſaꝫ
delectatiōeꝫ: quia tūc ꝓprie corrumpit̄ aīa
⁊ inquinat̄. Et loquor hic de delectatione
moroſa: q̄ ſcꝫ īportat cōſenſū in delectatio-
nē ꝑ quā ſcꝫ anima multū degenerat a ſta-
tu ꝓprie nobilitatis: repudiata dei ꝓſtitu-
ta diaboli. Hinc dicit̄ Sap. iij. Felix ſteril'
⁊ incoinq̄nata. Deinde ſequit̄ cōcept⁹ miſe
rabilis fetus: q̄ fit ꝑ ꝯſenſum in actū pecca
ti ſi ſe facultas ⁊ oportunitas obtulerint.
Unde dicit Hein. de vrimaria: ꝙ quidā cō
cupiſcūt aliena vl' etiā illicita: ſed ſcientes
ꝙ obtinere ꝯcupita nō poſſunt ꝯcupiſcen-
tiā nō ꝓſequunt̄: ſi autē ſcirēt concupita ſe
poſſe ꝯſequi: tūc fortiſſime conarent̄ ad ꝓ-
ſequendā cōcupiſcētiā in effectu: q̄bus ſcꝫ
nihil deeſt niſi facultas: ⁊ de talibus dicit̄
ꝓuer. xj. Manus in manu nō erit īnocēs.
Quia licet manū ab actu peccati cohibeat
nō tn̄ affectū: nec deſinit proſequi qḋ malū
eſt ꝓpter deum: nec ꝓpter iuſticiā ſed pro-

pter impotentiā vel etiam propter quod-
cunq; incōmodum temporale vel eternum.
Deinde peruenit ad execrabilem ꝑturitio-
nem ſcꝫ per actualē conatum ad perficien-
dū peccatū: ſcōm illud pſal. vij. Ecce par-
turit iniuſticiam. glo. id eſt nititur efficere
iniuſticiam: vnde talis conatus quandoq;
non conſequit̄ effectū: ſicut dicit̄ Eſa. xxx
vij. Uenerunt filij ſcꝫ iniquitatū vſq; ad ꝑ-
tum: ⁊ non erat vis pariendi: quod aliquā
do contingit deo miſericorditer id impedi
ente: q̄nq; vero talis conatus prauus ple-
num ſortitur effectū: ⁊ tūc cōpleta eſt mali-
cia eius tā materialiter q̄ formalit̄. Et ſic
ꝑueniunt filij iniquitatis ad partū: id ē ad
operis expletionē. Deinde ſequit̄ partus
lactatio cū peccata ducunt̄ in frequentiaꝫ
⁊ conſuetudinem. Lactant̄ aūt vberibus
lamearū: de quibus dic̄ in Thren̄. Sed la-
mee nudauerūt mām̄as: lactauerunt catu-
los ſuos. Lamea ſcōm glo. Eſa. xxxiiij. pe
des habet equinos: cetera vo mēbra ſūt fe
minea. Et Grego. xxxiiij. mora. dicit ꝙ La
mea humanā ſpeciē habere dicit̄. i. faciem
muliebrē: ſed corp⁹ beſtiale. Suꝑ dicta aūt
auctoritate Thren̄. iiij. ſꝫ ⁊ Lamee: dic̄ glo
ſa ꝙ Lamea crudelior eſt ſuis fetib⁹ q̄ ce-
tere beſtie: hinc dicit̄ Lamea quaſi lania:
quia catulos ſuos laniare fertur: ſic diabo
lus lactat filios quos in malicia degenera
uit duobus vberibus. primo ſcilicet confi-
dentia diu viuendi cū cōparatione ſuipſi-
us ad alios qui ſimilia vl' maiora faciunt:
ſecundo ſ̄de poſtea penitendi cum reſpectu
diuine miſericordie: que nullum repudiat
peccatorem conuerti volentem. Deinde ſe
quitur ablactatio: cum iam nō amplius q̄-
ſi victus concupiſcētijs ſub ſpe poſtmoduꝫ
penitendi peccata perpetrat: ſed potius ex
deſperatione reſipiſcēdi ſeu magis ex eo ꝙ
a ſe voluntarie reijcit propoſitum peniten-
tie ⁊ ſpem venie vt peccato liberius īhere-
at: vt etiā nec quecūq; flagella vl' aduerſa
miſeꝝ ī viā agnitiōis ⁊ penitētie reuocare
valeāt: ⁊ ſic ꝑ ablactatiōeꝫ ītelligit̄ ip̄a de
ſperatō. Deīde ſeq̄t̄ ī corpe pctī roboratio:
ſic̄ ḋ Pharao. legit̄. Induratū ē cor Pha
rao. ñ dimitteret ꝓp̄lm etiā ꝑ q̄cūq; flagella.
Per quam roborationem intelligitur pec
cati defenſio: cui comitatur de peccato dā-
nabilis gloriatio: qua ſcilicꝫ gloriantur
cum malefecerint ⁊ exultant in rebus peſ-
ſimis. Quibus Dauid in pſalm̄. lj. Quid
gloriaris in malicia q̄ potēs es iniquitate.

Signum autem huius gloriationis eſt cuȝ
quis per iactantiam de eis loquitur: dedu
ci volens facinora ſua ad omnium noticiā.
⁊ hoc eſt vltimū in genere malicie: qđ Ar/
chi. vocat deportationē ⁊ deductionē. Sic
fecerunt zodomite: vnde Eſaie. iij. Pecca/
tum ſuū ſicut zodoma p̄dicauerūt. Sed
ad cepta redeamus ꝓut p̄ñti ſpeculationi
congruit. Primo igitur ex diabolica ſug/
geſtione oritur cogitatio. Cogitatio auteȝ
ſm Hug. de ſancto Victore: eſt improuidꝰ
animi reſpectus ad euagationē pronꝰ. Hec
autē cogitatio per diabolum concitata ma
gis vel minus in malum coaleſcit ex diuer
ſis cauſis concurrentibus. Veruntamē ſi/
cut de omni verbo ocioſo rationē redditu/
ri ſumus: ſic etiam de omni cogitatiōe ocio
ſa qualis tamen cogitatio minima iudica/
tur in genere cogitationū: nihil vtilitatis
conferens: ſed tm̄ animū triſtē relinquens
⁊ animā puluere venialiū maculās. Hinc
q̄ꝫtum ad primū dicit Seneca li. de quatu
or virtutibus. Cogitatiōes vagas ⁊ inuti/
les ac velut ſomno ſimiles nō recipias: q̄/
bus ſi animū tuū oblectaueris cū om̄ia di/
ſpoſueris triſtis remanebis. Q̄ꝫtū etiā ad
ſcđm dicit Caſſio. ſup illud pſal. xxxix. Cor
meum dereliquit me. Quocunq̧ tp̄e nō co
gitaueris deuȝ: puta tēpus illud amiſiſſe.
Hinc non incōgrue dicit Hiero. in ep̄la ad
Demetriadē: ꝙ tutiſſimū ⁊ pfectiſſimū eſt
vt aſſueſcat animꝰ ſollicita ſemp atq̧ puigi
li cuſtodia diſcernere cogitationes ſuas: ⁊
ad primuȝ cū motu vl' ꝓbare vl' reprobare
qđ cogitat: vt vel bonas cogitationes alat
vl' ſtatim malas extinguat: hic nāq̧ fons ē
boni ⁊ origo peccandi: ibi maxime oportet
obſeruare peccatū vbi naſci ſolet: ſtatim/
q̧ ad primā tēptationis faciē anteq̄ȝ malū
creſcat reſtringere dū adhuc eſt in cogitati
one. Et hoc eſt vnicū ſtudiū iuſtoꝝ de qui/
bus dicit Grego. xiij. moraliū: ꝙ electoruȝ
mentes ſi quas in ſe carnales cogitationeſ
īueniūt: ardore penitētie ꝯſumūt: nec cogi
tatiōes ſuas dilatari carnali voluptate p/
mittunt: q2 eo ſemetipſos iudicantes ſubti
lius feriunt: quo diſtrictū iudicē p̄ſtolanť
vicinum. Ecōtra vero vt ibideȝ dicit. xiiij.
moraliū. Cū reproborū mentibꝰ occaſio p/
petrādi peccata deeſt deſiderioꝝ: cogitati/
ones eorū cordibus nullatenꝰ deſūt: ⁊ cuȝ
non ſemp diabolū ſequantur in opere: val
de tamen ſe illi obligant in cogitatione.

Hic igiť queri poteſt vtrū demōes agno
ſcere valeant cordiuȝ cogitatiōes: p̄ſertim
cum nullus ſpūs niſi diuinus anime ratio
nali poſſit illabi: ergo p ꝯſequēs nec vide/
re per naturā ea que ſunt in anima: q̄diu ſ
ſunt in intimo ipſius anime. Ad hoc dicē/
dum ſm Aſteñ. lib. j. ti. xj. poſt Richar. ꝙ
cogitatio cordis dupliciť cognoſci poteſt.
Vno modo in ſuo effectu: ⁊ ſic non ſolum
ab angelo ſed etiā ab homine cognoſci po
teſt: ⁊ tanto ſubtilius quāto effectus hmōi
fuerit magis occultus. Cognoſcitur enim
cogitatio cordiū interdū nō ſolū p actū ex/
teriorē ſed etiā p immutationē corporis vt
vultus ac alioꝝ mēbrorū. Verūtamen ſen/
ſibilis ⁊ corporalis īmutatio que cōcomi/
tatur cogitationes hominis: quādoq̧ eſt
ita indeterminata ꝙ diabolus per eā in co
gnitioneȝ certā cogitationis venire nō po/
teſt: quandoq̧ vero eſt ita fortis ⁊ determi
nata ꝙ per illā cognoſcere pōt cogitatiōeȝ
q̄ꝫtū ad ſpeciē: vt ꝙ cogitat de inuidia vel
luxuria. Si eñ quaſdā affectiōes animi p
pulſū medici cognoſcere poſſunt: tūc mul/
tomagis hoc poſſunt angeli vel demones
quāto ſubtilius huiuſmodi occultas īmu/
tationes corporales perpendunt. Unde di
cit Augꝰ. in libro de diuinatiōe demonum
ꝙ aliqn̄ hominū diſpoſitiōes nō ſolū voce
ꝓlatas ſed etiā cogitatione cōceptas: cum
ſigna quedā ex animo exprimūť: in corpo/
re tota facilitate perdiſcunt. Q̄uis in lib.
retractationū hoc dicat eſſe aſſerendū quō
hoc fiat: non tamē eſt creden dū ꝙ poſſunt
eas certitudinaliter agnoſcere q̄ꝫtū ad om
nes circūſtantias ſingulares. Alio mō poſ
ſunt cognoſci cogitationes filioꝝ hominū
ꝓut ſunt in intellectu: ⁊ affectiōes ꝓut ſūt
in volūtate: ⁊ ſic ſolus deus cogitationes
cordiū ⁊ affectiōes voluntatuȝ cognoſcere
poteſt. Diciť eñ in libro de eccleſiaſticꝭ do
gmatibus. c. xlviij. Internas anime cogi/
tatiōes diabolū nō videre certi ſumus. Et
iij. Reg. viij. diciť ad dñm. Tu ſolus noſti
corda filiorū hominū. Cuiꝰ ratio eſt: q2 vo
luntas creature rationalis ſoli deo ſubia/
cet: ⁊ ipſe ſolus in eā operari poteſt: q̄ ē p̄n
cipale eius obiectū vt vltimꝰ finis. Et ideo
ea que ſunt in voluntate vel que dependēt
ex ſola voluntate ſoli deo nota ſunt. Mani/
feſtū eſt autē ꝙ ex ſola voluntate dependȝ
ꝙ aliquis actu aliquid cognoſcat vel cōſi/
deret: quia cū quis habet habituȝ ſcientie
vel ſpecies intelligibiles in eo exiſtentes:
vtitur eis cū vult. De cogitatione vide in



ſermone ſecūdo de tribus partibus peni/
tentie. Secūdo p̄ncipaliter ex diabolica
ſuggeſtione oritur affectio vel cōcupiſcen/
tia: que notať p deoſculationē. Pro quo
notandū ſm Thomā p̄ma 2e. q. xxx. ꝙ cō/
cupiſcentia eſt appetitus boni delectabilis
⁊ ſicut philoſophus p̄mo rhetorice ponit
quaſdam cōcupiſcētias naturales ⁊ quaſ/
dam non naturales: ſic etiam dupliciter
eſt aliquid delectabile. Vno modo: quia
eſt cōueniens nature animalis: ſicut cibus
potus ⁊ alia huiuſmodi: ⁊ talis cōcupiſcē/
tia delectabilis diciť naturalis: ⁊ eſt cōmu
nis tam hominibꝰ q̄ȝ etiam alijs animali/
bus: quia vtriuſq̧ talis cōcupiſcentia con
ueniens eſt ⁊ delectabile ſm naturam: ⁊ in
his etiam omnes homines cōueniūt. Vnđ
⁊ philoſophus in. iiij. Ethicoꝝ vocat eas
cōmunes ⁊ neceſſarias: in rhetorica vo vo
cat eas irrationales. Alio modo dicitur
aliquid eſſe delectabile: quia ꝯueniens eſt
nature animali ſm apprehenſionem: ſicut
cum aliquis apprehendit aliquid vt bonū
⁊ cōueniens: ⁊ per cōſequens in ipſo dele/
ctať: ⁊ huiuſmodi cōcupiſcentia delectabi/
lis diciť non naturalis: ⁊ ſolet magis dici
cupiditas. Et tales cōcupiſcentie proprie
ſunt hominū quorum propriū eſt excogita/
aliquid vt bonum ⁊ cōueniens: p̄ter id qđ
natura requirit: ⁊ philoſophꝰ in p̄mo rhe/
torice dicit has ſecūdas ꝯcupiſcentias eſſe
cum ratione. Et quia diuerſi diuerſimode
ratiocinanť: ideo dicunť he cōcupiſcentie
in. iiij. Ethicoꝝ eſſe proprie ⁊ appoſite: ſciȝ
ſupnaturales. Unde illud idem qđ appe/
titur appetitu naturali: poteſt etiam appe/
ti appetitu animali: cum fuerit apprehen/
ſum cum ratione: ſicut cibus potus ⁊ ſimi/
lia: que naturaliť appetunť. Poſſunt etiā
appeti cōcupiſcentia non naturali: cum ſcȝ
in eis aliquid appetiť preter id quod natu
ra requirit: ſciȝ nimia ſuperfluitas vel ni/
mia delectatio: ⁊ hoc reputať in vitiū. Vñ
ꝯcupiſcētia naturalis tm̄ ea cōcupiſcit que
natura requirit; natura vo paucis mini/
miſq̧ cōtenta eſt: ⁊ ſic eſt finita. Sed cōcu/
piſcētia nō naturalis appetens ſupflua ten
dit in infinitū: ſequiť enī rationē cui com/
petit in infinitū ꝓcedere: ⁊ p̄ſertim cū finē
ponit in his que appetit. Nam p̄hus in. j.
Politice rationē ponit: quare quedā con/
cupiſcentia ſit finita: ⁊ quedaȝ infinita di/
cens: ꝙ ſemp cōcupiſcētia finis eſt finita:
q2 finis p ſe ꝯcupiſciť vt ſanitas: vñ maior
ſanitas magis cōcupiſciť: ⁊ ſic in infinitū.
Cōcupiſcentia vo eius qđ eſt ad finem nō
infinita: ſed ſm menſurā appetiť qua cōue
nit fini. Vñ qui finē in diuitijs ponūt: ha/
bent cōcupiſcentiā diuitiaꝝ infinitam: qui
aūt diuitias appetūt ꝓpter neceſſitatē vi/
te: cōcupiſcūt diuitias finitas ſufficientes
ad neceſſitatē vite: vt dicit ibidē p̄hus. Et
eadē eſt ratio de cōcupiſcētia aliarū rerum
quarūcūq̧. Et hec cōcupiſcētia aīalis ſiue
nō naturalis ꝓprie loquēdo eſt in appeti/
tu ſenſitiuo ⁊ in vi cōcupiſcibili que ab ea de/
nominať: ſic enī vniuſcuiuſq̧ potentie aīe cō/
petit appetere ꝓpriū bonū appetitu natu/
rali qui nō ꝯſequiť apphenſionē: ſed appe
tere bonū appetitu aīali qui ſequiť appre/
henſionē ſolum ptinet ad vim appetitiuā.
Appetere vo aliqđ ſub rōne boni delecta/
bilis ſm ſenſum qđ ꝓprie eſt cōcupiſcere:
ptinet ad vim cōcupiſcibilē. Et differūt hec
tria: amor: cōcupiſcētia ⁊ delectio. Nā ipm
delectabile ſm ſenſum inquātū appetitum
ſibi adaptat quodāmō ⁊ cōformat: cauſat
amorē. Inquātū vo abſens attrahit ad ſe/
ipm: cauſat ꝯcupiſcentiā. Inquātū deniq̧
p̄ſens quietat in ſeipo: cauſat delectatōeȝ.
Vñ cōcupiſcētia cauſať ab amore ⁊ tendit
in delectationē. Q̄r autē hec cōcupiſcentia
nō naturalis ortū habeat ab amore ſic oſtē
di poteſt. Nā amor ſui eſt p̄ncipiū oīs pec/
cati: ⁊ ideo dicit Augꝰ. xiiij. de ciui. dei: ꝙ
amor ſui vſq̧ ad ꝯtemptū dei facit ciuitatē
babylonis. Ad cuiꝰ euidentiā ſciendū: ꝙ
ꝓpria ⁊ p ſe cauſa peccati accipienda eſt ex
pte cōuerſionis ad cōmutabile bonū: ex q̄
quidē pte oīs actus peccati ꝓcedit ex aliq̄
inordinato appetitu alicuiꝰ tēporalis boni.
Q̄r aūt aliquis appetat inordinate bonum
aliqđ tēporale: ꝓcedit ex hoc ꝙ inordina/
te ſeipm amat. Hoc autē eſt aliquē amare:
bonū ei velle. Et ſicut amor ſui naturalis
debitus ⁊ ordinatꝰ velit ſibi bonū ſm ꝙ ſi/
bi cōgruit: ſic amor ſui nō naturalis inde/
bitꝰ ⁊ inordinatꝰ ad dei cōtemptū pducēs:
ꝯult ſibi bonū nō ſm ꝙ ſibi cōgruit: ſ ſm
ꝙ affectus corruptꝰ exigit. Et ſi queriť:
vtrū talis deordinatꝰ motus cōcupiſcentie
q̄ cauſať ab inordinato amore ſui ſit in ſen
ſualitate ſicut ī ſubiecto. Ad hoc dicendū
ſm Aſteñ. li. ij. ti. vij. ꝙ ſenſualitas dupli/
citer cōſiderari pōt. Vno mō ſm ſe: ⁊ ſic nō
eſt ſubiectū peccati: q2 ſic eſt cōis nobis ⁊
brutis. Alio mō in ordinatōe ad rationē. ſ.
inquātū eſt a rōne ſuadibilis: ⁊ ſic ī ea pōt

ne peccatũ. Nã peccatũ inueniri poteſt in
q̃libet potentia cui⁹ act⁹ põt eẽ voluntari⁹
⁊ inordinat⁹ ĩ q̃ ratio peccati ↄſiſtit: ſ; act⁹
ſenſualitatis põt eẽ volũtari⁹ inq̃ntũ ſẽſu-
alitas: id ẽ appetitus ſenſitiu⁹ natus eſt a
volũtate moueri et ſic ĩ nobis habet q̃ndã
excellentiã ꝑ alijs animalib⁹: ſcȝ ꝙ natus
eſt obedire rationi: et q̃ntũ ad hoc põt eſſe
principiũ act⁹ volũtarij ⁊ ꝑ ↄſequens ſubie
ctũ peccati. Nec obſtat ꝙ ĩ ſenſualitate ꝑ-
ſeuerat ꝑpetua corruptio q̃ntũ ad fomitem
qui nũq̃ tollit̃ totalit̃ ĩ hac vita: trãſit enĩ
peccatũ origiale reatu ꝑ baptiſmũ ⁊ rema-
net actu. Sed talis corruptio fomitis non
ĩpedit quin homo rationali volũtate repri
mere poſſit ſingulos ĩordiatos motus ſen
ſualitatis ſi ꝑſentiat: puta diuertẽdo cogi-
tationẽ ad alia: licȝ omẽs huiuſmodi mot⁹
homo vitare nõ põt propter corruptionem
predictã: ſ; hoc ſolũ ſufficit ad rationẽ pctĩ
C volũtarij ꝙ põt vitare ſingulos. Sciẽdũ
igit̃ ꝙ ĩordinatio ſenſualitatis quãdoq; ẽ
ſine omĩ culpa ſcȝ quãdo volũtas nõ ẽ cau
ſa illi⁹ deordinationis nec cõmittendo nec
omittẽdo: nec ãtecedẽter nec ↄcomitãter.
Quãdoq; aũt ẽ culpa venialis materialit̃
in ſenſualitate: formalit̃ aũt nũq̃ ſ; ĩ volũ
tate. Et hoc ẽ quãdo ĩſurgit ĩordinatio in
ſẽſualitate ꝑ negligẽtiã volũtatis: tũc enĩ
ĩputat̃ volũtati ꝓ culpa veniali propt̃ dif
ficultatẽ refrenãdi ⁊ regẽdi ſenſualitatẽ.
Et ſic dicit magiſter ſniaꝝ libro ſcđo diſtin
ctõne. xxiiij. ꝙ ſi ĩmota ſenſualitatis tantũ
illecebra peccati teneatur: eſt veniale a cle
miſſimuȝ peccatũ. Et qualiter a deo punit̃
vide ĩ ſmone ſcđo de trib⁹ ꝑtib⁹ pñĩẽtie.
Quãdoq; vero ĩordinatio ſenſualitatis ĩ-
putat̃ volũtati ꝓ culpa mortali: quãdo ſcȝ
ẽ cõtra actũ prohibitũ ĩſurgẽs ex volũtatĩ
imperio deliberato. Non igit̃ omĩs concu
piſcentia ſimplicit̃ ꝓhibet̃ his preceptis:
quia ſm Alex. an. in tertio: cõcupiſcentia
ſumi põt tripliciť. Uno mõ dici põt appeti-
tus vegetabilis: ⁊ talis ↄcupiſcẽtia ꝓ vt ẽ
in ordinata eſt a fomite mouẽte: id ẽ a cor-
ruptiõe originalis culpe: ⁊ talis ↄcupiſcẽ-
tia ẽ in ſuggeſtiõe. Alio modo dici põt ap-
petitus ſenſibilis: ⁊ hoc ꝓ vt ẽ inordinata
eſt a ſenſualitate mouẽte cũ fomite: ⁊ illa ẽ
in delectatione. Tertio mõ concupiſcentia
dici põt appetitus rationalis: ⁊ ſic eſt a li-
beri arbitrij volũtate q̃ ↄſiſtit in conſenſu.
Sic ergo dicẽdũ ꝙ ꝑ ſe ↄcupiſcentia ꝓ vt ẽ
in ↄſenſu rationalis volũtatis ꝓhibet̃ in

iſtis preceptis. Concupiſcentia vero que ẽ
in delectatione ſenſualitatis vel ex ſugge
ſtione ꝓhibet̃ ſimplicit̃ ſed tñ ſm quid: q̃
nõ erat ꝓhibendũ ne ille cõcupiſcẽtie ſint ĩ
nobis: q̃ h̃ eſt nobis ĩpoſſibile: ſ; ꝓhiben-
tur ne ſequamur eas: ſm illud Eccl. xviij.
Poſt ↄcupiſcẽtias tuas ñ eas. Ire aũt idẽ
ẽ ꝙ ↄſentire. Cõcupiſcẽtias aũt ſuggeſtio-
nis ⁊ delectatiõis nõ ꝓhibet ꝓprie: ſ; ex ꝓ-
hibitiõe ↄſenſus oſtẽdunt̃ eẽ male ⁊ vitã-
de. Sic ẽ nõ ꝓhibet̃ mot⁹ concupiſcẽtie q̃
ↄſiſtit infra limites ſẽſualitatis: ſ; directe
prohibet̃ cõſenſus volũtatis in op⁹ vl' dele
ctationẽ: hec ille. Hic queri põt vtrũ vo-
luntas moueri poteſt a paſſionib⁹ appeti-
tus ſenſitiui: ꝙ̃ptim cũ motor ſupior non
mouet̃ ab inferiori: ſicẽ aĩa nõ mouet̃ a cor
pore: ſ; ecõuerſo. Volũtas aũt q̃ eſt appeti
tus rõnis cõparatur ad appetitũ ſenſitiuũ
ſicut motor ſupior ad inferiorẽ. Dicit enim
phus in. iij. de aĩa ꝙ appetit⁹ rõnis mouet
appetitũ ſenſitiuũ ſicẽ in corporib⁹ celeſtib⁹
ſpera mouet ſperã. Nulla etiã potẽtia paſ-
ſiua mouet̃ niſi a ſuo obiecto: volũtas aũt
eſt potẽtia actiua ⁊ paſſiua ſimul inq̃ntũ eſt
mouẽs mota: ſicẽ ĩ. iij. de aĩa phs dicẽ vliter
de vi appetitiua. Sed paſſio appetitus ſen
ſitiui non eſt obiectũ volũtatis ſed magis
bonũ rationis ergo ⁊c̃. Ad hoc dicendum
ſcđm Thomã in prima. 2e. q. lxxvij. ꝙ paſ-
ſio appetit⁹ ſenſitiui non poteſt directe tra
here voluntatẽ vel mouere ſed hoc poteſt
indirecte dupliciter. Uno modo ſcđm quã-
dam abſtractionem: cum enim omnes ani-
me potentie radicentur in vna eſſentia ani
me: neceſſe eſt ꝙ quando vna potentia in-
tenditur in ſuo actu ⁊ altera in ſuo actu re-
mittatur vel etiam totaliter ĩpediatur: tũ
quia omĩs virtus ad plura diſperſa fit mi-
nor: vnde econtrario quãdo intenditur cir
ca vnum minus poteſt ad alia diſpergi: tũ
quia in operibus anime animalibus req̃rit
tur quedam intentio que dum vehement̃
applicatur ad vnum non poteſt alteri ve-
hementer attendere: ⁊ ſcđm hunc motum
per quandam diſtractionem quando mo-
tus appetitus ſenſitiui fortificat̃ ſcđȝ quã-
cunq; paſſionem: neceſſe eſt ꝙ remittatur
vel totaliter impediatur motus propri⁹ ap
petitus rationalis qui eſt voluntas. Alio
modo ex parte obiecti voluntatis quod ẽ
bonum ratione apprehenſum. Impeditur
enim iudicium ⁊ apprehenſio rationis pro
pter vehementem ⁊ inordinatam apprehẽ-



ſionem imaginationis ⁊ iudicium virtutiſ
eſtimatiue. Manifeſtum eſt autẽ ꝙ paſſio-
nem appetitus ſenſitiui ſequitur imagina-
tionis apprehẽſio: ⁊ iudicium eſtimatiue:
ſicut etiam diſpoſitionem lingue ſequitur
iudicium guſtus. Unde videmus ꝙ homi
nes in aliqua paſſione exiſtentes: non faci
liter auertunt imaginationem ab his cir-
ca que afficiuntur: ⁊ per conſequẽs iudici
um rationis plurimum ſequitur paſſionẽ
appetitus ſenſitiui. Nam talis paſſio cau-
ſat quandam immutationem corporalẽ ex
qua ratio quodammodo ligatur ne libere
in actum exeat: ſicut etiã ſomnus vl' ebrie-
tas quadam corporali tranſmutatione fa-
cta ligant vſum rationis. Et ꝙ hoc contin
gat in paſſionibus ex hoc patet ꝙ aliquan
do cum paſſiones multum intendũtur: ho
mo totaliter vſum rationis amittit. Multi
nanq; propter abũdantiam amoris ire tri-
ſticie ⁊ huiuſmodi ſunt in inſaniam verſi.
Cum igitur iudiciũ rationis ſequitur paſ-
ſionem appetitus ſenſitiui: conſequens eſt
vt etiam motus voluntatis qui natus ẽ ſe-
qui rationis iudiciũ ſequatur etiam paſſio
nem appetit⁹ ſenſitiui. Et hoc eſt quod di-
cit apoſtolus ad Romanos. vij. Uideo ali
am legem in membris meis repugnantem
legi mentis mee: ⁊ captiuantẽ me in legem
peccati. Et hoc legitur de iudicibus inue-
teratis dierũ malorum: dicente Daniele ꝓ-
pheta eiuſdem. xiij. Cõcupiſcentia ſubuer-
tit cor tuum. Ad laudẽ.

## De delectationibus corporalibus ⁊ ſpiritualibus bonis ⁊ malis ⁊ vtrũ in ſenſualitate poteſt eẽ peccatum mortale aut in conſenſu rationis inferioris: ⁊ de conſenſu in delectationẽ: Sermo III

## Non concupiſces.

n Exo. xx. Expediti de cogitatione
⁊ affectione que oriuntur ex dia-
bolica ſuggeſtione. Jam vidẽdũ eſt de ter-
tio qđ oritur ex eadẽ ſuggeſtione quod eſt
A delectatio. Eſt autẽ delectatio ſm phum
in vij. ⁊. x. Ethic̃. operatio cõnaturalis nõ
impedita. Et nõ ẽ ſolũ in appetitu ſẽſitiuo:
de q̃ dicẽ phus in. j. Rhetor. ꝙ delectatio ẽ
mot⁹ quidã ſenſibilis: ⁊ tũc cõis ẽ nobis ⁊
brutĩs: ſ; etiã in appetitu ĩtellectiuo q̃ dicit̃
volũtas qđ innuit ps. xxxvj. cũ dicẽ. Delecta
re in dño. Nã ad deũ nõ põt extẽdi appeti-
tus ſenſitiuus ſed ſolum intellectiuus. Et
hoc innuit philoſophus in. x. Ethicoꝝ di-
cens: ꝙ ſcđm omnem ſenſum eſt delectatio
ſimiliter autem ⁊ ſcđm intellectuȝ ⁊ ſpecu-
lationem. Et ſicut primam delectationẽ cõ
munẽ habem⁹ cũ brutis: ſic ſecundã cõmu-
nẽ habem⁹ cũ ſpiritib⁹ intellectualib⁹. Ue-
rũtamẽ hoc intereſt inter delectationẽ vtri
uſq; appetit⁹: q̃ delectatio appetit⁹ ſenſibi
lis eſt cũ aliqua tranſmutatiõe corporali:
ſed delectatio appetitus intellectiui nihil
aliud eſt q̃ ſimplex motus volũtatis: ⁊ ſic
non eſt ſolũ in homĩe ſed etiã in deo ⁊ an-
gelis. Dicit enĩ phus in vij. Ethico. ꝙ deus
vna ſimplici operatiõe gaudet. Dicit etiaȝ
Dyo. in ſ̃. celeſtis hierar. ꝙ angeli nõ ſunt
ſuſceptibiles noſtre paſſibilis delectatiõis.
ſed cõgaudẽt deo ſcđm incorruptionis leti
ciã. Et iterũ dicit ibidẽ ꝙ homines ſancti
multotiens fiunt in participatiõe delecta-
tionũ angelicarũ. Ex quibus concludit̃ ꝙ
duo ſunt genera delectationũ. Quedã enĩ
ſunt delectationes corporales que ſunt ſm
partẽ ſenſitiuã: ⁊ has delectationes pluri-
mi nitunt̃ adipiſci: quia bõa ſenſibilia ſũt
magis ⁊ plurib⁹ nota. Et etiã quia homi-
nes delectatiõib⁹ indigẽt vt medicinis cõ-
tra multiplices dolores ⁊ triſticias: ⁊ quia
plures hoĩm ad delectatiões ſpũales ꝑci-
pue ꝟtuoſoꝝ ꝑtigere nõ pñt: ideo declinãt
ad corpales. Quedã ꝟo ſũt ſpũales. ſ. ſm
mẽtẽ: de q̃b⁹ dicẽ phs in. x. Ethic̃. ꝙ maxia
delectatio ẽ q̃ ẽ ſm opationẽ ſapiẽtie. Qđ
innuit ps. cxviij. dicẽs: Q̃ dulcia faucib⁹
meiſ eloq̃a tua ſup mel ori meo. Hic ẽ q̃rit
põt vtrũ in vtroq; genere delectationũ q̃dã
delectatiões ſũt nãles ⁊ q̃dã ĩnaturales: ſi
cut. ſ̃. dictũ ẽ ſmõe ꝑcedẽti: ꝙ q̃dã ſũt ↄcu
piſcẽtie nãles ⁊ q̃dã nõ naturales. Et vide
tur q̃ qđ ẽ ↄ naturã ẽ violentũ: ſicẽ ꝙ lapis
aſcẽdat ſurſũ ⁊ ignis deorſũ: ſ; omĩe violen
tũ ẽ ↄtriſtãs: vt dr in. v. Methaph̃. cũ eniȝ
delectatio in affectib⁹ aĩe ꝓportionet̃ q̃eti
in corpib⁹: ⁊ appetit⁹ corpis naturalit̃ non
q̃eſcat niſi ĩ loco ↄnaturali: ſeq̃t̃ ex h̃ ꝙ ap
petit⁹ aĩalis q̃ ẽ delectatio nõ põt eẽ niſi in
aliq̃ ↄnaturali. Ad hoc dicendũ ſm Tho.
prima. 2e. q. xxxj. ꝙ naturale dicit̃ illđ qđ
eſt ſ; naturã vt habet̃ in. ij. Phyſico. Na
tura aũt in homĩe dupliciť ſumi põt. Uno
modo ꝓ eo qđ ↄdiuidit̃ rõni vt ẽ illđ qđ ẽ
cõe homĩ cuȝ alijs animalib⁹: ⁊ ꝑcipue qđ
ratiõi nõ obedit: ⁊ ſm h̃ ea q̃ pertinent ad

conſeruationē corpis vel ſm indiuiduū vt
cibus et pot⁹ ⁊ ſilia: vel ſm ſpeciē ſicͭ viſus
venereoꝝ: dicunt̃ homi delectabilia natu/
ralit̃. Alio mō pōt in hoīe ſumi natura ꝑut
intellect⁹: ⁊ rō eſt potiſſime natura homīs:
q̄ꝛ ſm eam hō in ſpē cōſtituit̃: ⁊ ſm hoc na
turales delectatiōes hoīm dici poſſūt que
ſunt in eo qd̄ cōuenit ei ſm rōnem: ſicͭ dele/
ctari in ꝯtēplatiōe veritatis ⁊ in actib⁹ vir/
tutū eſt homī naturale. Scd̄m vtraſq̄ igit̃
delectatiōes querit aliq̄s eſſe innaturales
ſimpliciter loquēdo ſ; cōnaturales ſm q̄d.
Conuenit enī in aliquo indiuiduo corrūpi
aliqd̄ principioꝝ naturaliū ſpeciei: ⁊ ſic id
qd̄ eſt ꝯ̄ naturā ſpeciei: fieri pōt ꝑ accidēs
naturale huic indiuiduo: ſicͭ natura vini ē
ꝙ calefacit: qd̄ tñ ꝑ accidēs naturalit̃ infri
gidat: vtpote ſi factū fuerit acetoſum. Sic
ḡ cōtingit ꝙ id qd̄ eſt ꝯ̄ naturā homīs vel
q̄tū ad corpis ꝯſeruationē vel etiā q̄tū ad
rōnē fiat huic homī cōnaturale ꝓpter ali/
quā nature corruptionē in eo exiſtē: q̄ qui/
dē corruptio pōt eſſe vel ex ꝑte corpis vl̄ ex
egritudine: ſicͭ febricitātib⁹ dulcia vident̃
amara ⁊ ecōuerſo: ſiue ꝓpter malā cōplexi/
onē: ſicͭ aliqui delectant̃ in comeſtione t̄re
vel carbonū vel aliquoꝝ hmōi. Vel etiā ex
ꝑte aīe: ſicut ꝓpter cōſuetudinē aliqui dele
ctant̃ in comedēdo homīes vl̄ in coitu be/
ſtiarū aut maſculoꝝ aut alioꝝ hmōi: q̄ non
ſunt ſm naturā hūanā. Sūt igit̃ in ꝑte ſen
ſitiua quedā delectatiōes naturales ⁊ q̄dā
non naturales q̄. ſ. ſunt cū ratiōe. Vel ſicut
Damaſ. ⁊ Grego. nicen⁹ dicunt quedā ſunt
corpales ⁊ quedā aīales qd̄ in idem redit.
Delectamur enī ⁊ in his q̄ naturalit̃ cōcu/
piſcim⁹ ea adipiſcētes: ⁊ in his q̄ ſm rōnē
cōcupiſcim⁹: ⁊ tūc ſortit̃ nomē gaudij. Nā
gaudiū nō attribuim⁹ brutis aīalib⁹: ſ; ſo/
lū habet locū in delectatiōe q̄ cōſequit̃ ra/
tionē. Solū aūt nomē delectationis, attri/
buim⁹ etiā brutis: ⁊ ſic de omīb⁹ de quib⁹
eſt delectatio pōt etiā eſſe gaudiū in hñti/
bus rōnē: q̄uis nō ſꝑ de oīb⁹ ſit gaudiū:
q̄ꝛ q̄nq̄ quis aliquā delectationē ſentit ſm
corp⁹: de q̄ tñ nō gaudet rōnē: ⁊ ſic vt dicit
Auicēna in ſuo li. de aīa. Gaudiū ē quedā
ſpēs delectiōes: ſicͭ leticia: exultatio: iocū/
ditas ſunt effectus delectatiōis. Eſt enī le/
ticia īpoſita a delectatōe cordis q̄ſi laticia.
Exultatio xͦo dicit̃ a ſignis exteriorib⁹ de/
lectatiōis interioris: inquātū interi⁹ gau/
diū ad exteriora proſilit. Iocūditas aūt dr̄
a quibuſdā ſpecialib⁹ leticie ſignis vl̄ effe/
ctibus: nec eiſdē nomībus vtimur niſi ī na
turis rōnalib⁹. Sed ad cepta redeamus. B
Generalit̃ ḡ notandū ꝙ oīa que cōcupiſci/
mus ſm naturā: poſſum⁹ etiā cū delectati/
one rōnis cōcupiſcere: ſ; nō ecōuerſo. Et q̄ꝛ
ſicut dictū eſt delectatio in affectib⁹ aīe ꝓ/
portionat̃ quieti in corpib⁹ naturalib⁹: idō
ſicut due quietes ſunt ꝯ̄rie: vtpote q̄ ſunt ī
cōtrarijs termīs. ſ. quies q̄ eſt ſurſum ei q̄
eſt deorſum: vt dicit̃ in. v. phicoꝝ: ſic ⁊ in
affectib⁹ aīe cōtingit eē duas delectatiōes
contrarias vna q̄rit q̄ ſurſum ſunt ⁊ alia q̄
deorſum. Unde oīs delectatio in ſ; eſt vni/
formis: ꝙ eſt quies: quedā in aliquo bono
⁊ ſm hoc pōt dici regula quedā vel mēſura
moralis boni vl̄ mali. Pro quo nota: ꝙ vt
dicit phus in. x. Ethicͭ. quidā phi poſuerūt
oēs delectatiōes eſſe malas. Cui⁹ rō fuiſſe
videt̃: q̄ꝛ ſuā intentōez referebāt ad ſolas
delectatiōes ſenſibiles ⁊ corpales q̄ ſūt ma
gis manifeſte: nā ⁊ in ceteris intelligibilia
a ſenſibilib⁹ antiqui phi non diſtinguebāt
nec intellectū a ſenſu: vt dicit̃ in. iij. de aīa.
Delectatiōes aūt corpales arbitrabant̃ di
cendas oēs eē malas: vt ſic homīes q̄ ꝓni
ſunt ad delectatiōes īmoderatas: ſe retra/
hentes a delectatiōibus: ꝑueniant ad me/
diū virtutis. Sed hec eſtimatio nō fuit cō/
ueniens: eo ꝙ nullus ſine aliqua ſenſibili
⁊ corpali delectatiōe viuere poſſit. Ecōtra
xͦo ſicut poſuerūt aliqui Stoycoꝝ: omnes
delectatiōes eſſe bonas: ſicͭ Epicuri poſue/
rūt delectationē ſm ſe eſſe bonā: ⁊ ꝑ conſe/
quēs oēs delectiōes eſſe bonas. Qui ex ſ;
decepti vident̃: ꝙ non diſtinguebāt int̃ id
qd̄ eſt bonū ſimplicit̃: ⁊ id qd̄ eſt bonū quo
ad hunc. Simplicit̃ enī bonū eſt qd̄ ſm ſe
bonū eſt. Cōtingit aūt qd̄ nō ſm ſe bonum
eſt huic eſſe bonū dupliciter. Uno mō: q̄ꝛ ē
ei cōueniens ſm diſpoſitionē in q̄ nūc eſt:
que tñ nō eſt naturalis: ſicut leproſo bonū
eſt aliq̄ venenoſa q̄nq̄ comedere q̄ nō ſunt
ſimpliciter cōuenientia cōplexioni hūane.
Alio mō: q̄ꝛ id qd̄ eſt nō cōueniēs: eſtimat̃
vt cōueniēs: ⁊ q̄ꝛ delectatio ē quies appeti/
tus in bono ſi ſit ſimplicit̃ bonū in q̄ qui/
eſcit appetitus: erit ſimplicit̃ delectio ⁊ ſim
plicit̃ bona. Si aūt nō ſit bonū ſimpliciter
ſed quo ad hūc: tūc nec delectatio eſt ſim/
pliciter: ſed huic nō eſt bona ſimplicit̃ ſed
bona ſm quid vel apparēs bona. His igit̃
erroribus omiſſis dicendū eſt: ꝙ ex quo vt
dictum eſt: delectatio eſt quies appetitiue
virtutis ī aliq̄ bono amato: illa delectatio
eſt bona in qua requieſcit appetitus ſupe/
rior vel inferior ſm ꝙ cōuenit ratiōi: ⁊ ecō/
tra mala eſt cū huiuſmodi quies diſcordat
a ratione ⁊ diuina lege. Nā bonitas ⁊ ma/
licia moralis principalit̃ ī appetitu ſuꝑiori
id eſt volūtate cōſiſtit q̄ vtrū bona vel ma/
la ſit ex fine cognoſcit̃. Hoc autē tenet̃ pro
fine in quo volūtas quieſcit: quies aūt vo
lūtatis ⁊ cuiuſlibet appetit⁹ in bono eſt de/
lectatio: ⁊ ideo ſm delectationē volūtatis
humane ꝑcipue iudicat̃ homo bonus vel
malus. Eſt enī bonus ⁊ virtuoſus q̄ gau/
det in opibus virtutū: malis aūt qui gau/
det in opibus malis. Verūtamē delectati/
ones appetitus ſenſitiui nō ſunt regula mo
ralis bonitatis vel malicie: q̄ꝛ cibi ⁊ potus
et ſimilia cōmuniter delectabiles ſunt bo/
nis ⁊ malis ſm appetitū ſenſitiuū: ſed vo/
lūtas bonorū in eis delectat̃ ſm cōuenien/
tiā rationis quā nō curat volūtas maloꝝ.
Secūdo queri pōt: vtrum in ſenſualitate
poſſit eſſe peccatū mortale: ꝑſertim cū act⁹
ex obiecto cognoſcit̃. ſed circa obiecta ſen/
ſualitatis ꝯtingit peccare mortaliter: ſicut
circa delectabilia carnis: vnū mortale pecca
tū virtuti contrariat̃: ſed virtus eſſe pōt in
ſenſualitate: quia dicit phus in. iij. Ethicͭ.
ꝙ tēperantia ⁊ fortitudo ſunt virtutes ir/
rationabiliū partiū. Ad hoc dicendū: ꝙ ī
ſenſualitate quidē pōt eſſe peccatū veniale
ſed nō mortale. Cuius ratio eſt: q̄ꝛ illud qd̄
facit homo ſine deliberatiōe rōnis nō ꝑfe/
cte facit: q̄ꝛ nihil opat̃ ibi id qd̄ eſt in homi
ne ꝑncipale: ⁊ ſic nō eſt ꝑfecte actus huma
nus: ⁊ ꝑ ꝯſequēs non pōt eſſe ꝑfecte actus
virtutis vel peccati: ſed eſt aliqd̄ imꝑfectū
in genere horū: ⁊ idō talis mot⁹ ſenſualitat̃
rationē ꝑueniens eſt peccatū veniale tanq̄
quoddā imꝑfectū in genere peccati: pecca/
tū autē mortale nō pōt eſſe in ſenſualitate
ſed ſolū in ratione: quia lic; actus ſenſua/
litatis concurrere pōt ad peccatū mortale:
tamē actus peccati mortalis nō hab; ꝙ ſit
peccatū mortale ex eo ꝙ eſt ſenſualitatis: ſ;
ex eo qd̄ eſt rōnis cui⁹ eſt eligere ⁊ in finem
ordinare. Nimirū cum ⁊ oīe peccatū etiā
veniale ſit formaliter in rōne vel volūtate:
qd̄ patet: q̄ꝛ ratio quā ſequit̃ volūtas du/
plicem actū habet: vnū ſm ſe in compatiōe
ad ꝓpriū obiectū: inquātum ſc; errat a co/
gnitione veri: qd̄ illi reputat̃ in peccatu;:
quādo habet ignorantiā vel errorem circa
id qd̄ ſcire debet ⁊ poteſt. Aliuм xͦo actū
habet: q̄ꝛ ip̄a eſt directiua aliaꝝ viriū. Cū
igit̃ act⁹ inordinatos inferiorū viriū poſt
aliqualē ꝑceptionē nō coarcet vel etiā im/
perat: tūc etiā imputat̃ ei in peccatū. Nec
obſtat ꝙ volūtas eſt ſubiectū peccati: dicē
te Aug. in in li. retractationū: ꝙ volūtas ē
qua peccat̃ ⁊ recte viuit̃: q̄ꝛ motus volun/
tatis dici poteſt rōnalis ⁊ actus rōnis dici
pōt volūtari⁹: q̄ꝛ volūtas quodāmō inuet
⁊ ꝑcedit rōnem ⁊ rō quodāmō voluntatē: ⁊
ſm ſ; peccatū inuenit̃ ī rōne: vel ꝑut eſt de/
fect⁹ eius volūtarius: vel ꝑut actus rōnis
eſt ꝓpriū principiū actus volūtatis. Uñ ſm
ſm Alteū. li. ij. ti. vij. peccatū tam ſpūale q̄
carnale pōt eſſe in rōne ſine hoc ꝙ oriat̃ ex
ſenſualitate. Hinc dicit Aug⁹. xiiij. de ciui.
dei: ꝙ qui oīa aīe mala putāt ex corpe acci/
diſſe ſunt in errore: pōt enim homo eligere
actū gule ⁊ luxurie non incitatus aliqua
paſſione: q̄uis frequēter peccata carnalia
oriant̃ ex ſenſualitate. Suꝑior etiā portio
rōnis poteſt ſine inferiori peccare tam mor
taliter q̄ venialiter: tam peccato carnali q̄
ſpūali: ⁊ ſumit̃ hec ratio ꝑut comprehēdit
intellectū ⁊ volūtatē: hec ille poſt Richar/
dum. Quartū autē quod oritur ex dia/
bolica ſuggeſtione eſt cōſenſus in peccatū: C
qui ſequit̃ delectationē. Iſte autē conſen/
ſus eſſe poteſt vel in delectationem peccati
mortalis: vel in actū peccati mortalis. Vel
etiā fieri pōt ſm inferiorē partē rōnis: vel
etiā ſm ſuꝑiorē partē. Uñ in ꝓgreſſu pec/
cati compat Aug. xij. de ciui. dei. c. xij. ſen/
ſualitatē ſerpenti: inferiorē rationē mulieri
⁊ ſuꝑiorem rationē viro: que compatio ꝓ/
prie locu; habet in peccatis que oriunt̃ ex
paſſione ſicut cōiter peccata carnis. Ad
cui⁹ euidentiā queri pōt: vtrū in inferiori
ꝑte rōnis pōt eſſe peccatū mortale ſine con
ſenſu ſuꝑioris ꝑtis: ꝑſertim cū cōſenſus in
delectationē peccati mortalis ad inferiorē
ꝑtē rōnis ꝑtineat: vt dicit Aug⁹. xij. de tri/
nitate: qui tñ ꝯſenſus ſm veriorē ⁊ ſolēni/
orē opinionē doctorū eſt mortale peccatū.
Ad hoc dicendū ſm Bonauen. ꝙ peccatū
mortale dicit deordinationē a deo q̄ eſt cu;
cōtemptu ⁊ ꝯſenſu. Talis aūt deordinatio
ē ꝑ auerſionē ⁊ ſ; eſt ꝑtis ſuꝑioris: nā cui⁹
eſt cōuerti: eius etiam eſt auerti. Cōſentire
xͦo eſt eius cui⁹ ē iudicare ⁊ regere: hoc au
tē eſt ꝑtis ſuꝑioris: ⁊ ideo nō pōt aliqd̄ eſſe
peccatū mortale ī nobis qd̄ ꝑti ſuꝑiori non
imputet̃ ⁊ in q̄ ip̄a non deordinet̃. Pōt tñ
inferior portio rōnis ſiue mulier ſiue viro
comedere: id eſt delectari: ⁊ hoc patet in ꝓ/

greſſu temptatiõis ⁊ delectatiõis carnalis
cum incipit a ſenſualitate: tūc enī ſenſuali-
tas primo delectaꝛ in apprehēſione delecta
bilis: ⁊ hoc ex ſubreptiõe: ⁊ eſt peccatū ve-
niale: deinde prima ps rõnis inferior: q̄ ſcꝫ
motus interiores ⁊ affectus habet iudica-
re ⁊ cognoſcere: hoc enī nõ eſt potentie ſen
ſitiue talē delectationē aduertit: ⁊ tūc ſi ſta
tim eam repellit nõ cõſentiēdo erit veniale
peccatū: aut nõ repellit eā ſed retinet: hoc
fieri põt tripliciter. Primo: q̄ ei diſplicet
tam interior delectio q̄ etiā operis cõſum-
matio ſed piculū delectatiõis nõ aduertit:
nec eā repellit ⁊ tūc nõ peccat mortalr: gra
uius tñ peccat q̄ ſi ſtatim viriliꝛ repuliſſet.
Aut etiā piculū aduertit nec tñ illā delecta
tionē aduertit ſ reuolui ſinit in hmõi cogi-
tatiõib⁹: et tūc ſm multos doctores peccat
mortaliꝛ: q̄ licꝫ ibi nõ ſit cõſenſus expſſus
eſt tamē interpretatiuus: ⁊ licꝫ comedit ſola
mulier ſm Bonauē. peccatū tamē illud im
putaꝛ viro: id eſt ſupiori rõni: q̄ cum eā cõ
peſcere teneꝛ nõ cõpeſcuit: vnd̄ q̄uis qui-
dam negant in illa cõpeſcendi negligentia
eſſe peccatū mortale quātūcūqꝫ q̄s aduer-
tit piculum: tamē via tutior eſt tenenda: et
ſi cui hoc cõtingit ſanū eſt cõſiliū q̄ de ipſo
tanq̄ de mortali peniteat. Et hoc intelligē
dum eſt de delectatiõe que cõſurgit ex dele
ctatione carnalis opis: q̄ talis cogitatio
magis inficit ⁊ incitat ad libidinē. Illa vo
cõplacentia vel delectatio q̄diu ratio ſupe
rior in eam nõ cõſentit expſſe vel interpta-
tiue iudicaꝛ eſſe peccatū inferioris portio-
nis ſm ſe: ⁊ eſt pctm̄ veniale: ⁊ tūc ſola mu-
lier comedit ſine cõſenſu viri. Nā qd̄ dicit
Aug⁹. xij. de ciui. dei. c. xij. q̄ ſi ſola mulier
id eſt inferior portio comedat de re illicita
totus hõ damnaꝛ: hoc intelligiꝛ qñ mulier
comedit cū ꝯſenſu viri interptiue. Secūdo
placet quidē ei delectatio ſed diſplicet pec-
cati ꝯſummatio: ⁊ tūc eſt ibidē ꝯſenſus ſe-
miplen⁹: eo q̄ cõſentit in delectationē pec-
cati ⁊ nõ in opus. Põt etiā in ſola delecta
tione cõſenſus eſſe plenarius ſaltē inferio-
ris ptis rõnis. Utrū autē talis cõſenſus in
delectationē peccati mortalis ſit peccatum
mortale diuerſe ſunt opiniones. Dicit enī
Richardus: q̄ ſi volūtas tādiu moraꝛ in
complacentia cogitate delectatiõis deordi
